
COLUMNA NUBIS HUMANAS DIRIGENS ACTIONES IN VIAM SALUTIS, CONTRA...

Francesco Maria Pisano



Questo Libro fu posto in Libraria dal P. M.ro Clarioni bibliotecario insieme con dieci altri scambiati in luogo di un corpo imperfetto del Calvino a cui mancava l'ultimo tomo et era duplicato e superflui in da. Libraria



COLVMNA NVBIS

HVMANAS DIRIGENS ACTIONES
in viam salutis, contra nonnullas Moralistarum opiniones.


AVTHORE
D. FRANCISCO MARIA
PISANO MILATIENSE V. I. D.

Decies in Patria Iudice, & modò apud Suprema Regni Tribunalia causarum Patrono.

OPVS

Præsertim Iudicibus, Confessarijs, & Aduocatis perutile.

Argumentorum, ac rerum notabilium Indice ornatum.



Panormi, apud Iosephum Barbera. 1697.

Imp. Girgenti V.G. Impr. Giuvinus P.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI
DOMINO

D. PETRO EMANVELI

COLON, ET PORTVGAL, A CVEVA, ENRIQVEZ,

Hispaniarum primæ Classis Magnati, Magno Admiratui, ac Supremo Indiarum Moderatori, Duci Veraquæ, Talaminæ, Marchioni Xamaicæ, Comiti Menincis, & Villacamicaris, Domino Turris Crematæ, Almuedani, & Lamedillæ, Velleris Aurati Equiti: Siciliæ Proregi Vigilantissimo, &c.



EXultat aliquando fortunata Trinacria, quæ diù famis calamitatibus, belli, ac terremotuũ pressa, te (Excellentissime Princeps) Proregem venerari promeruit, tuoque instructa præsidio, pacis, quã nomine ipso præfers, optatam experiri lætitiam. Fęlix profectò dies tuæ electionis condeco-

rata præconio, nobis autem fęlicior, qua Regnum appulſus, adeptoque regimine eximia imperandi virtus enituit. Ibi Iberia mater tuo Regio sanguini plaudens, deſtinauit Prouinciã, hìc celſitudini meritorum, dilectionis thronum corda erexere. Certant non abs re de te ipſo Luſitania, & Caſtella benemerentiam, vtpotè quæ prima è culmine Regio progenuit, ſecũda,quę ad faſtigium Prouinciarũ euexit: vno tamen fatendum ore, vtramque tua præclara illuſtraſſe facinora. Quam in ſuo Principe edocebat clementiam Seneca, Alexandri fortitudinem, iuſtitiam Plutarchi teſtimonio conſpicuã, ſubditorum amorem, cui innixũ Imperium, filijs proponebat Magnus ille Theodoſius, in te vno emicans animi magnificentia complectitur. Nõ equidem Gallaciæ, aut Valentiæ, quibus optimè meritò Vicerex præfuiſti, acclamationes eſquiram, cum præ oculis noſtra Sicilia ſpectet qua venuſtate,

qua-

quave in omnibus vigilantia non tibi tantùm crederis, ſed vniuerſo genitus Regno. Audientijs quippè ſedulum, in diſpenſandis gratijs procliuem, in ſuſtinenda iuſtitia incolumem, Argum communi bono, vndique Protectorē, Principem, Patrem obſequentes miramur, amamus; Dignisſima ſanè progenitorum proles; fulgentiſſimum radiū auiti materni Solis, quē Luſitana gens adorauit; Inclytū paterni ſtipitis germen, cui debuit nouus remotior Orbis è caligine gentilitiæ ſuperſtitionis ad lumen æternæ veritatis perueniſſe fęlicem; Etenim non modò ſanguinis, quàm geſtorum te hęredem præſtanti æmulatione conijcio. Illi quidem Natura Regnum, tibi heroica merita dominationes dedere. Iſte Auus nempè paternus Herculis gloriam ſuperexcedens Caſtellæ, ac Legioni, quinimmò, & Eccleſiæ Romanæ nèdum cogniti Orbis comparauit Imperium; Tu verò inter Catholicas nationes pietate,

&

& exemplo ad incrementa Religionis collapſa penè deuotionis exercitia reſtituis, tuaque peruigili prudentia ſubtractis, cōpreſſiſque malignantium inſidijs, commendatam Prouinciā in tranquillitate cuſtodiens, iure optimo promereris encomia, tibique adſcribi: *magnam eſſe victoriam iam parta tueri.* Vix vnquam commemorare finerem quot celeberrimi te fulciunt, exornātque ſplendores, niſi id mihi pateret profundius aggreſſurum oceanū, cui Regię claſſis Supremus imperatri Prę-fectus. Tanti itaque Herois ad auſpicia reuerenter confugio, tuamque imploro clementiam, vt hoc opuſculo benignè excepto, meminerint omnes Mœcenatē habere, & ad Te has quæſtiones vtrique foro aptas, æquè reſluere, qui vtriuſque Principatus iuriſditionalia geris. Studia porrò ſectāti hæc mihi vna fęlicitas, tua potentiſſima tutū protectione quietā ducere vitā, aliaſue, quas ad manus habeo,

iuri-

iuridicas quæstiones vtilitati publicæ exponere. Cæterũ qua decet humilitate ad pedes Excellentissimi Domini mei procũbens, maiora quæquæ tuæ Magnitudini debita ab Altissimo obtestor, exoro. Votis arrideat qui Optimus Maximus corda noscit, cunctaque è Summo gloriæ suæ prospiciens vberiùs beneficia largitur. Vale.

Excellentissime Princeps

E. V.

Humillimus Seruus
D. Franciscus Maria Pisanus.

AMICO LECTORI.

QVem sanè vanitas non inuadit, neque trahit ambitio, prospera non extollunt, minusuè aduersa conturbant. Non itaque mihi, sed publicæ vtilitati quos suscepi labores, in præsenti opusculo exhibeo. Si quid boni inueneris, referas Deo laudem, & si fas erit, ad Reipublicæ incrementa promoueas; vbi verò tuæ perspicaciæ non aptetur, indulgeas. Non omnibus omnia: hac ipsa varietate admirabilis componitur Orbis. Qui ergò præcellunt, sibi non auferant discretæ prudentiæ meritum, sinantque cæteris libenter eorum saniori iudicio corrigi. Cæterum pro conscientiæ securitate authoritas eximiorum Theologorum hoc ipso initio præstatur. Vale.



APPROBATIO

Adm. Reu. Patris Sac. Theol. Mag. Fr. Alexandri Conti Ord. Prædic. in Panormitano Studio olim Regentis, ac SS. Inquisitionis Siculæ Qualificatori, Consultoris, & Iudicis ordinarij.

CVM sanè lapsas Moralistarum opiniones, plerumque eorum, qui præsunt, incuria impressas, Summi Pontifices æquè passim damnauerint; vt proprio muneri satisfacerem, præsentem librum ab V. I. D. D. Francisco Maria Pisano compositum, cui titulus est: COLVMNA NVBIS: priusquàm typis æderetur, attentè, ac matura consideratione perlegere operę pretium duxi. At nèdum quidquam inueni contra veram, incolumemque doctrinam, aut bonos mores, sed immò commendabilem censeo, tùm quia perspicacia eiusdem Authoris in quæstionibus enucleandis elucet, tùm etiam ob sanam, veramque intelligentiam, qua nonnullæ Moralistarum opiniones, mihi rectè semper improbabiles, solidissimè confutantur. Quapropter conclusiones in eo firmatas, tutas esse in conscientia ad communem Lectorum vtilitatem testor, & in eamdem pertranseo cum Authore sententiam, valdè confere Confessarijs, Iudicibus, & Aduocatis, à quorum scimus bonum vtriusque fori directione pendere.

Fr. Alexander Conti Magister.

APPROBATIO.

Adm. Reu. P. Fr. Marij Diana Sacræ Theologiæ Magistri Ordinis Prædicatorum.

PRæsentem quippè librum, cui Author D. Franciscus Maria Pisanus V. I. D. titulum imponit: COLVMNA NVBIS: ab eodē requisitus pro conscientiarū securitate diligenter perlegi, & in sensu veritatis fateor cōclusiones in eo firmatas, solidis inniti principijs. Quapropter tutè nèdum amplecti vnusquisque poterit, sed immò opinionum, quæ impugnantur, improbabilitate detecta, conijcere plurimum studio Authoris deberi, qui ad suas pristinas sedes genuinam quæstionum, tàm vtilium, intelligentiam reducere instituit. Siquidem Confessarij, Iudices, Aduocati, quorum directione passim Respublica gubernatur, ad praxim, vt iustitiæ congruit, reduxerint, præuideo magnum vtrique foro parari bonum.

Fr. Marius Diana Mag. Ord. Prædic.

INDEX

ARGVMENTORVM,

Quæ hoc opusculo continentur.

I.

LEX promulgata non exigit populi consensum ad obligationem in vtroque foro inducendam. *Contra Tambur. Bonac. & alios. fol. 7.*

II.

Lex ciuilis etiam pœnalis obligationem in vtroque foro producit; clericos autem diuersimodè ligat. *Contra Tambur. fol. 36.*

III.

Prohibitio legis ciuilem causam præseferens, naturalem non tollit obligationem, iuramento autem actus omninò roboratur, secùs vbi causam superiorẽ redoleat, quo casu peccaret contrafaciens, nec actus iuramenti virtute efficacior euaderet.

Exceptionem S.C. Velleiani iuramentum excludit; at verò S. C. Macedoniani tamquã in odium creditorum inducti, nequit omninò elidere. *Contra Bonac. & alios. fol. 57.*

IV.

Lex actum annullans primariò fauore publico, vel etiam secundariò, si prorsus sit indiuisibilis à

priuato, naturalem tollit obligationem, & illi nequeunt contrahentes etiam respectu ipsorum cessante fine legis, iuramento renunciare. Idem si clausulam irritantem contineat, aut inhabilitentur ad contrahendum. *Contra Anguian. fol.* 70.

V.

Actus omissa sollemnitate à lege ciuili præscripta, in conscientia non ligat. *Contra Anguian. f.* 80.

VI.

Agens contra legem ciuilem annullantem, an absolutè peccet in ipso actu, vel potius cum illo vtatur? Bonæ fidei possessor qualiter teneatur restituere fructus? si sit malæ fidei tenetur ad rei æstimationem, perijsset nec nè penès dominium: fur quoque tenetur ad maius pretium. *Contra Lessium. fol.* 85.

VII.

Iurans se seruaturum actum, quem lex annullat fauore publico, peccat. Actio, quæ mero iure sustinetur, & pariter exceptio aduersus illam à lege parata, vtrinque iustè potest vsque ad sententiam deduci. fol. 109.

VIII.

Promissio pro opere illicito patrando, nec eo impleto promittentem in conscientia ligat. *Contra Layman Less. Fagund. Tambur. & alios. fol.* 118.

IX.

Acceptum ex corruptela nequit acquiri ab officiali

ciali, eſtque iure naturali reſtituendum, iure autem ciuili fiſco applicatum. *Contra Bonaccin. Salon. Tamburin. & alios. fol.* 158.

X.

Exornatur materia capitis præcedentis ex resolutione contrariorum. *Contra Salon. fol.* 170.

XI.

Solutum ob concuſſionem repetitur, datum autem ob corruptelam fiſco debetur. f. 82.

XII.

Pignus reuendicat Dominus excluſo fiſco, ſolutum verò ad illius liberationem, non repetit, ſed fiſco debetur, qui tamen ex liberalitate donatum cauſa finita, non aufert. f. 190.

XIII.

Fiſcus aufert datum etiam pro ſententia iuſta, niſi ad id indicia prauitatis officialis impellant, quo caſu danti conceditur repetitio. f. 107.

XIV.

Promiſſio dandi officiali pro ferenda ſententia, ea demũ lata non obligat; Contra verò datum cauſa nou ſequuta non reſtituitur, ſed eſt fiſco acquiſitum. *Contra Salon, & alios. f.* 204.

XV.

Reus, cui bona ſunt confiſcata, an licitè valeat alienare, & an ſpontè cogatur ea reddere fiſco ante ſententiam declaratoriam, & quid ea ſequuta? *Contra Molin. Silueſtr. Guttier. Azor. & Ioſ. Ianuar. fol.* 241.

Offi-

XVI.

Officialis an teneatur ante sententiam restituere fisco acceptum à litigantibus? f. 255.

XVII.

Reo negligentia administratoris fiscalis, perseueranti in possessione bonorum, post sententiam, siuè declaratoriam, an liceat de eis testari? *Contra Ios. Ianuar. fol. 267.*



DOCTORES,

Quorum impugnantur, sæpiusque supplentur opiniones.

ABbas in decretal.
Anguian. de legib.
Arauxo de stat. Ciu.
Azor. instit. moral.
Bartholom. à S. Fausto in spec. confess.
Bonaccin. de legib.
Caramuel. theol. fundam.
Dec. in decret.
Delben. de iur. promiss.
Escobar de vtroque foro.
Fagundez in decal.
Gizzarell. decis.
Guttierrez can. quæst.
Iason in lectura.
Ioseph Ianuar. resol. moral.
Layman quæst. moral.
Less. de iustitia, & iure.
Meroll. disp. moral.

Mo-

Molina de iustitia, & iure.
Nauar. in manual.
Salon. de iustitia, & iur.
Tamburin. in præcep. decal.
Trullench in præcep. decal.



COLVMNA NVBIS

Humanas dirigens actiones in viam salutis, contra nonnullas moralistarum opiniones.

AVTHORE

DON FRANCISCO

MARIA PISANO

Introductio.

HVmanam profectò societatem profitemur à Natura institutam, cuius prçordinatione corpus istud ciuile(prout & phisicum)ad propriam conseruationem, perfectumque Reipublicæ statum, capite, pariterque membris componi oportet; nè Natura ipsa cunctis vbique prouidens, in hoc deficere videretur. Cumque corporis phisici partes,& si non omnes principales,æquè tamen retenta proportione subsistant, ita in polytico inferiora sublimibus iungi hierarchica consonantia, ius naturale insita virtute decernit. Vis itaque regitiua in capite, & in membris

obedientia hoc admirabile compositum construit, nutrit, & ex pluribus per diuersa in particulari distractis, in illum, qui communis sit omnium finis, complexum fœliciter auget. Imperium proindè in Principe, siuè plerisque in vnum, & in reliquis subiectio, non casu, neque ad imperantium fastigium, aut subditorum onus, sed ad commune bonum sunt ordinata, vt qui præsit, ad protectionē, & custodiam quasi censeatur conductus; qui vero subijciuntur, ad propriam vtilitatem videantur præstare media.

At inpræsenti meum non est differere de munere, ac præstantia *Principis*, neque qualitates benè institutæ *Reipublicæ* recensere. Adeant curiosi philosophos, (non tamen nostri sæculi vaniloquos sillogistas, tempus, vtinam non etiam iuuentutem, inutiliter conterentes) cæterosque gubernandi disciplina expertos, qui Principem erudire cupientes, plura concordi voto tradidere præcepta.

Iustitiam itaque volunt clementiæ desponsatam, lapidem optimi regiminis angularem. Hinc mores, remque publicam florere, & premijs, simulque honoribus, æqua lance distributis, pœnisque non ex odio inflictis, statim vir-

tutes consurgere, subditorum conciliari amorem, atque coerceri flagitia.

Selectos præterea officiales adsciscì, in quos animum Princeps intendat, vt intemerati seruentur; Omnibus aures, oculosve præbeat, nè quiuis expeditioni negotiorum præpositus, omnia ad se auocando, venalia reddat. Calumnijs non sit remissio (domestica namque conturbant, ac ciuium dissipant concordiam, & facultates) sicque tuta quiescat innocentia, & sola veritas vbique coronata triumphet. Consiliarios itidem nulla vis vrgeat, vnica sit clauis votorum virtus, bonumque publicum, non assentatio, aut propriæ commoditatis vtilitas. Consilia secretum teneat, secretum verò fidelitas, fidelitatem inalterabile obsequium, inuincibilis reciprocus amor.

Enumerantur etiam præsertim cum finitimis, fœdera, & apud suos militaria adhuc pacis tempore, expedire exercitia, vt hostes timeant, vel opportunè inuadantur, amicos verò spes certa auxilij futuri alliciat; militia tamen non sit omnimoda plebis professio, artes & ipsi milites addiscant, nè fortè suspenso stipendio, nouitates & ipsi moliantur fame coacti.

Ex proportione autem, quæ intercedit inter

caput,& membra,fœlicitas Reipublicæ Principem habentis tot ornatum virtutibus, alio similiter vinculo comparatur,nempè morigeratione,ipsorum ciuium, quibus intra limites rationis viuentibus, cara sit fides contractuum, abominabilis luxus,auaritia exosa, industria, ac mercatura propria, & peculiaris, optabilesque scientiæ, quæ spiritum, & intellectum viuificant, promptamque voluntatem reddunt ad benè agendum.

His,alijsque salutaribus maximis de Principe, ac Principatu optimè instituto, vel instituendo loquuntur politicæ disciplinæ magistri, apud quos singula quæque superiùs enumerata videre poteris.

At ego à prædictis omninò alienus, ad hoc vnum me conuertam, quòd quemadmodum in Principe iustitiam quærimus, iustasque leges optamus, ita intelligere oportet, legibus quoque teneri subditos, reosque in vtroque foro ob inobseruantiam euadere. Vtinam omnes animaduerterent, Principem à Deo potestatem habere, & per ipsum regnare ideoque proprium esse subditorum onus legibus obedire, eisque se conformare moribus, nec sibi fingere quod vti in foro tantùm

ex-

exteriori obligati, à pœnis iudicialibus, atque ſententijs magiſtratuum cauere debeant. Vtinam inquam omnes confeſſarij ſuper his inſiſterent, non ſanè viderentur tot contractus ſimulati, nulli, & prohibiti, neque tot litibus inuolueretur Mundus, minuſue peccantibus in leges, magis Reſpublica, ac ciuium conſcientiæ quieſcerent. Hanc igitur veritatem, vt inconcuſſa pateat, ſequenti metodo enucleandam per ſucceſſiua capitula duxi. Moraliſtarū opiniones, quas hoc opuſculo impugnatas inueneris, illam ſcias habere probabilitatem, quam ſibi ex erroneis ſuaſere principijs, ideoque vt propriæ conſcientiæ, aliorumque conſulas, ſi neceſſitas exigat officij, aut charitate ſuaderis, vel ſtudium inquirendæ veritatis inducat, fundamenta perſcruteris, vt rationabiliter agens, non aliam incedas viam, niſi quam leges aperiunt, & quibus teneris in Republica viuens, licèt quandoque facultatem aliàs à Iure naturali competentem reſtringant; id enim ipſum cauſaliter Natura expoſcit, vt Principum iuſtis legibus parere cogamur.

Ani-

ANIMADVERSIO PRIMA.

Lex promulgata non exigit populi consensum ad obligationem in vtroque foro inducendam. *Contra Tambur. Bonacc. & alios*

Summarium.

1. **L**Eges non approbatæ à populo, non ligant. n. 7. 10. & per tot.
2. *Contraria consuetudine abrogantur. declar. n.* 30. 31. 32.
3. *Discrimen inter ius condendi leges, & ius obligandi. ratio n* 5 & 6.
4. *Debent esse benignæ.*
8. *Lex quare publicatur?*
9. *Contrahens scienter contra futuram legem promulgandam, ab eius pœna non excusatur.*
11. *Ius Dominandi super homines à natura ratio- ibid. diuersitas Dominationis de iure positiuo, vel gentium. n.* 13. 17.
12 *Respublica componitur imperio, & obedientiæ. n.* 15.
13, *Pacta seruanda inter Principem & subditos, & quomodo?*

17. *Finis Principis, & particularium quare diuersus? & n. 28.*

18. *Text. in l. d. quibus ff. de leg. exponitur.*

19. *Origo iuris positiui apud Romanos, & successiua mutatio de ordine, & potestate gubernantium in Roma.*

22. *Princeps absolutus vtitur authoritate antiquorum Imperatorum. Respublica aristocratica, & democratica in quibus differant?*

22. *Legis virtus est obligare subditos.*

23. *Corpus phisicum & ciuile quomodò conueniant,? & de rei publicæ partibus & n. 27.*

24. *Leges impugnare non licet subditis. & n. 39. declar. n. 35. 37.*

25. *Lex præscriptionis iusta.*

29. *Subditi contra legem agentes, vel illam non acceptantes, peccant.*

31. *Consuetudo quomodò habeat vim legis, & quomodò subditi peccent eam inducentes? & n. sequen.*

36. *Ignorantia excusat à pena.*

PLura ad præsentis elucidationem, scripsi *animaduers. 19. ferè per tot. p. 1.* at quoniam principale intentum ibi erat quò ad forum iudiciale, in foro pænitentiæ strictiùs punctum

examinare decreui (non tamen , quia censeam inter se aduersari,sed ad vberiorem intelligentiam) præsertim quia non desunt
1 contradictores , qui legum corticem attingentes,putarunt subditos non ligari, nisi eorum consensus , & approbatio interueniat. Huius quidem opinionis fuerunt inter alios *Bonacc. de legib. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 4. *n.* 27. *Tambur. in method. celebr. miss. lib.* 3. *cap.* 1. *de stip. miss.* §. 8. *n.* 17. & ex Canonistis nouissime *Pitaia decis. iur.* Pontif. *lib.* 1. *decis.* 3. *de constit. n.* .... Præcipua eorum fundamenta consistunt:Primò in dispositione *text.* in *l. de quibus ff. de legib.* vbi habetur , quod leges non alia de causa nos tenent,nisi quòd iudicio populi sint receptæ.

2 Secundò , quia leges scriptæ contraria consuetudine , vel etiam desuetudine abrogantur , quæ cum consistant in consensu tacito populi , moribus approbato, multò magis operari debent in expresso consensu non acceptante leges à Principe latas. Alia quoque adducunt de ignorantia legis, quæ contrafacientes excusat. Ex quibus omnibus inferunt , non alias ligari subditos , nisi ex vi præstiti consensus , & acceptatione.

Præ-

Prædictis accedit amicus quidam theologus amplificando opinionem, & dicta *Bonaccinæ*, hijs medijs.

3 Primò (ait) discrimen intercedere inter ius condendi leges, & ius obligandi subditos; illud insitum esse Legislatori, hoc autem ipsi legi conditæ putat. Quo posito subdit, primum exigere authoritatem Legislatoris, secundum resultare pariter à virtute legis, & acceptatione subditorum.

4 Secundò id sibi suadet, quia lex debet esse benigna, & hæc benignitas est relatiua ad subditos, vndè infert, quòd benignus non esset Princeps, immò nimium exerceret rigorem, si contra eorum voluntatem leges ferret, multò magis ijs reluctantibus.

5 Tertiò ait, quòd nulla maior est ratio, vt Principi pareant subditi, is autem horum voluntati resistat. Satis quippè putat vt Principi tamquàm Reipublicæ capiti, ius reseruetur condendi leges independenter à subditorum voluntate, at non ex hoc totaliter subditos obligari; maximè namque læderetur eorum libertas, si quò ad vtrumque subijcerentur. Censet ergo Principi tributam authoritatem, quæ vt tali erat necessaria,

nempè ius condendi leges, non aliud quoque obligandi subditos renuentès, cum omnis homo natura pro libertate pugnet.

6 Quartò nitebatur infrascriptæ à me positæ rationi respondere, & ideò supponebat quòd & si verum sit, subditos peccare non acceptando leges iustas, non tamen indè sequi quòd Princeps habeat adæquatè (vt dicebat) ius obligandi subditos.

Quintò, quia ex Principe tamquàm capite, & ex subditis vti membris, vnum corpus morale in Republica coalescit; verùm quia dissentientibus subditis illud non resultat, necessariò sequi videbatur, quòd nisi omnes in vnum conspirent, Princeps in cō denda lege, & subditi in acceptanda, nulla obligatio consurgat, nè corpus destrui videretur.

Hæc, & alia huiusmodi eum inclinabant in hanc sententiam, & quidem ex proposito referre censui, vt ex cōtextu huius animaduersionis, & eorum, quæ scripsi dicta *animadu.* 19. *p.* 1. veritas conclusionis, quam sequimur, apertè pateat.

7 Contrarium igitur prædictis non obstantibus, amplectendum omni secluso scrupulo

lo censeo cum *D. Thoma* 2.2. *q.* 194. *art.* 1. cuius verba & si adnotauerim *d. animadu.* 19. *n.* 62. hìc iterùm transcribenda duxi. *Obediens moeutur ad imperium præcipientis, quadam necessitate iustitiæ, sicut res naturalis mouetur ex virtute sui motoris, necessitate naturæ; ergò obligatio legis non pendet à consensu, seu acceptatione populi.* Et *certè penè inutilis esset potestas Legislatoris, si non posset cogere subditos ad acceptandam, & obseruandam legem iustam, & vtilem, imò nisi lex cogeret subditos, & obligationem induceret absque dependentia ab eorum approbatione, & acceptatione, subditique possent dissentire, & talem legem respuere, esset bellum vtrinque iustum,* eumque sequitur *Gonet. in man. tom.* 4. §. 1. *vers. responde negatiuè fol.* 60. addo *Castropal. p.* 1. *tr.* 3. *disp.* 1. *punct.* 13. & 14 *per tot. Caram. theol. fundam. n.* 673. vbi ait, homines liberos in Republica viuentes non habere ius non acceptandi leges necessarias ad Reipublicæ conseruationem, cum ad illam perdendam, aut soluendam, potestatem non habeant.

Alia proindè noua acceptatio de rigore non est necessaria, sed illæ sunt in ipsa Rei-

publicæ erectione acceptatæ. *Caram. & Castropal.* Publicatio itaque legis est necessaria, non vt acceptatione subditorum confirmetur, viresque sumat, sed vt habeant scientiã eorum, quæ seruari oporteat. scripsi *dicta animadu.* 19. *à n.* 14. *ad n.* 20. quibus addo *Text. in l. leges, C. de leg.* ibi: *vt vniuersi, præscripto earum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur.*

Prædicta confirmantur ex his, quæ tradidi eadem *animadu.* 19. *n.* 25. *&* 26. contrahentes scilicet contra dispositionem futuræ le-
9 gis, de proximo publicandæ, & in aula Principis iam constitutæ, non excusari à pœna in lege præfixa, nec secum contrahentibus præiudicium inferre, imò in vtroque foro eos in pristinum reponere cogi, si legis iam conditæ, moxque publicandæ certiorati contraxerint. ibi allegatis addo *Couarr. in regul. peccatum. p.* 2. § 4. *Ricc. collect. decis. p.*4. *coll.* 1276. *Giurb. decis.* 87. *num.* 18. *Anguian. de legib. lib.* 1. *contr.* 10. *n.* 8.

10 Ex quibus patet, quòd leges non à populi acceptatione dependent, sed ab Imperantis maiestate virtutem obligandi recipiunt. *Excobar de vtroque foro art.* 3. *n.* 3. *p.* 1. Hoc ipsum

ipsum probabiliùs putauit idem *Bonacc. de legib. d. disp.* 1. *q.* 1. *p.* 4. *n.* 28. quem non indigus authoritatis, allego, sed vt faciliùs dignoscatur quàm varius pertransierit, dum *num. præced.* contrarium senserit, & cum *n.* 28. probabiliorem dixerit hanc sententiam cum *Filiuc. Salas*, & alijs, mox parùm sibi constans subiungit apud eum non probari ex rationibus *n.* 27. notatis.

11 Intelligere rursus oportet dominium hominum super homines esse à iure naturæ, quia cum homo eo iure sit animal sociabile, & politicum in multitudine viuens, ità pariter à natura est homines ab aliquo regi, multitudo enim est ordinata ad aliquem finem communem, ad quem peruenire non potest, nisi ab aliquo regeretur, quia multis existẽtibus hominibus, & vnoquoque quod est sibi congruum prouidente, multi dispergerẽtur in diuersos fines, vndè nisi omnium fines in vnum ordinentur, multitudo dissiparetur.

Confirmantur prædicta, nam nõ est idem proprium, ac commune, quia secundùm propria differunt, secundùm commune verò vniuntur; cum ergò diuersorum diuersæ

sint

ſint cauſæ, diuerſas neceſſe eſt aſſignare cauſas reſpectu finis proprij cuiuſque hominis, ac finis communis totius multitudinis, & ſic præter ſingulos homines, qui vacant proprijs finibus, oportet dari aliquem, qui eos moueat ad finem communem.

Præterea cum humana ſocietas ſit de iure naturæ, vt mox dicebam, omnia neceſſaria ad communem conſeruationem dictæ ſocietatis, erunt de iure naturæ. Vnde ad illam tuendam oportet, vt alius ſit, qui regat, alius obediat, & quòd Imperantis authoritati obediẽtia ſubditorum correſpondeat ex neceſſitate iuris naturalis vrgente; prout prædicta omnia probat poſt *D. Tho. de regim. Princ. lib.1. cap.1 & lib.3. cap.11.* Frater noſter *Piſan. concluſ. deciſ. à num. 1. ad 5.* Vniuerſa quippè Reſpublica duobus componitur vinculis, vt in *introduct.* dicebam; ſumma ſcilicet dominatione, & poteſtate imperantis, ac ſubditorum ſubiectione, & obedientia; & ex his coaleſcit vnum corpus ciuile. *Ariſt. lib.7 polyt. cap. 14. Kniſchlipt. de priu. ciuit. Imperial. lib.5. cap.1 in princ.*

Diuerſitas autem dominationum, & quòd aliquando populus, quandoque Princeps ſolus,

lus, vel solus Magistratus leges condiderit, quandoque verò insimul cum populo, inspecto alio principio prouenit. Posito namque quòd Diuinæ sint regiones (juxtà *Psalmistam: In manu tua Domine omnes fines terræ:*) ac posito quòd absolutè hoc dominium hominis super homines sit de Iure naturæ, ex mox adductis, secundùm quòd est determinatè istius, & non alterius, & quòd ab isto,
13 & non ab alio multitudo regatur, est de iure positiuo, vel quia scilicet ab initio ciuitates ædificauit, vel iure electionis, vel alio iusto acquisitionis titulo, vt ex *Diuo Thoma probat* frater noster *d. conclus. decis. sub num.* 3. Vnde nō mirùm si diuersimodè huiusmodi dominium exerceatur. Quinimmò si titulus acquisitionis sit de iure gentium in bello iusto, adhùc euenire solet, vt pacta intercedant, quibus absolutum imperium coerceatur, & iure positiuo, conuentione quippè vtantur Principes, & subditi, quibus nisi vrgens cō-
14 munitatis bonum aliter euidenter exposcat, non licet à pactis initis resilire.

15 Hæc autem minùs inficiant conclusionē, absolutè procedendo, vt leges à Principe absoluto, vel à Magistratu supremam habente

bente

bente potestatem latæ, non expectent populi acceptationem, vt obligent; neque hoc repugnat hominum libertati, vt amicus theologus intendebat, immò expedit eorum indemnitati, vt sit qui præsit, omnesque regat, & bonum communeprospiciat, cum plerumque priuatorum cupiditates cōmuni bono aduersentur, & ignara plebs seducta tyramnidi quoque faueat, vt vetustis, ac recentioribus historijs instructi monemur;
6 contrà verò finis Imperantis est, vt prosperetur regimen, & per ipsum homines in Republica conseruentur. Ex *D. Thom. d.cap.* 11. *Borrell. de præst. Reg. Cathol. in præfat. nū.*8.

Hinc patet aduersariorum æquiuocum, vbi iacto fundamento eorum opinionis, super dispositione *Text.in d.l. de quibus ff. de leg.* dixerunt, requiri consensum, & accepta-
17 tionem subditorum, non distinguendo inter obligationem radicalem intrinsecam, & absolutè, siuè in genere à iure naturæ resultantem, & obligationem extrinsecam, siuè accidentalem huius, vel alterius Prouinciæ in specie, quæ iure positiuo accedente sub tali, vel tali circumstantia, radicalem illam, & genericam necessitatem obedientię componit,

ponit, & moderatur secundùm rationem iuris naturalis, suadentem communitatem ità regi, vt optimè viuat, & bonis moribus augeatur.

Vt igitur plena resolutio omnium contrariorum habeatur, adeas quæ plenè probaui *d.ann* 19. *p.* 1. & nihilominùs scias *Tex in d.l. de quibus*, non procedere postquàm ceperunt Imperatores regnare, nec locum sibi vindicare in iurisdictione illorum Principum, qui, absoluto Romano Imperio, plenam obtinuerunt potestatem in subditos, vt exponit ibidem Glosa finalis, & habetur in §. *cumque, & in* §. *quas ex omnibus in proœm. inst. l.* 2. §. *deindè, ff. de orig. iuris. ibi: constituto Principe datum est ius, vt quod constituisset, ratum esset*, & infra; *aut est principalis constitutio, idest quod ipse Princeps constituit, pro lege seruetur.* nota ly *seruetur*, quod importat necessitatem, addo *Castropal. disp.* 3. *punct.* 13. *n.* . . . nec dissentit *Anguian. de leg. lib.* 1. *contr.* 5. *à n.* 1. clariùs *lib.* 3. *controu.* 7. *n.* 28.

19 Hanc autem perscrutantibus veritatem, plana quidem erit ex contextu historiæ Romanæ antiquitatis. Initio porrò surgentis Reipublicæ, cum Romulus iure positiuo in-

tercedente, caput, & director fuisset eorum, qui sponte sua ducti nouam ciuitatem construere, & in vnum libertatis studio cohabitare decreuerant, non omnimodam adeptus est potestatem, sed limitatam, & restrictam, quantam nempè communiter putarunt necessariam ad omnium incolumitatẽ, vt refert fidelis Romanæ scrutator antiquitatis, *Dion. Halicarnass lib.2. n.2. fol.mihi* 122. *ibi: his constitutis distribuit honores* (loquitur de Romulo) *& potestates quas vnumquemque habere volebat. Ac Regis quidem hæc munia eximia esse iussit: primùm, vt sacrorum, & sacrificiorũ principatum haberet, & omnes res diuinæ, & piæ per ipsum agerentur. Deindè legum, ac morum patriorum custos esset, & omnis iuris, naturalis, & ex communi hominum consensu, pactoque scripti curam gereret, & de grauissimis iniurijs ipse cognosceret; leuiorum verò causarum cognitionem senatoribus permitteret; (ita tamen vt caueret, ne quid interim in iudicijs peccaretur) & senatum cogeret, populumque conuocaret, primusque sententiam diceret, & quæ pluribus visa fuissent, ea faceret. Atque hos honores Regi detulit, prætereà verò, vt in bello summum haberet imperium. Confessui verò senatus hunc honorem,*

& po-

& potestatem dedit, vt de re qualibet, quam Rex ad ipsum detulisset, cognosceret, & suffragium ferret, & quod plurium sententijs approbatum fuisset, id vinceret. = Plebi verò hæc tria concessit, magistratus creare, leges sancire, & de bello decernere, quoties Rex permisisset, ita tamen vt ne horũ quidèm absolutam haberet potestatem, nisi id senatui visum fuisset. = Sed hac nostra ætate hæc consuetudo est mutata. = Quum igitur munia in hunc modum distribuisset non solùm res ciuiles prudenter, & ordine administrabantur, sed etiam res bellicæ celeriter, & magna cum obedientia gerebantur.

Ex quibus patet in Romulum neque fuisse collatum ius condendi leges, sed illud, vel sibi populum retinuisse, vel cessum accepisse à Romulo, ita suadente communi bono, vt hoc viuendi more illecti alienigenę quoque ad augendam ciuitatem spe libertatis concurrerent. Ideoque rectè ait *gl. fin. in d.l. de quibus*, iuxta prisca illa tempora textum intelligendum, hodie verò non procedere, cum successiuis inde temporibus, populus ius illud amiserit. *D. Thom. 1.2.q.60. art. 3, & q.67. art. 5. Excob de vtroque foro ar. 6 n. 2. p. 1.*

Et omisso quod aucto populo senatus con-

ſulta vim legis obtinuere: (quandoquidem, qui cum Romulo ceperunt Rempublicam, inſtituere, non erant plures, quàm bis mille pedites, & pauciores quàm trecenti æquites, qui verò ab eo relicti fuerunt, erant quadraginta ſex millia peditum, & æquites non pauciores quàm mille, vt refert idem *Halicarn. d.lib.2. n.2. fol. mihi* 224.) tamen adhuc Reipublicæ regimine ſub Conſulibus perdurante, ob varias diſſentiones inter plebem, & patricios exortas, optimum viſum eſt Senatui adhibere remedium, ſi omnibus magiſtratibus, & conſulari poteſtate abrogatis, vnum eligerent, qui plebis etiam ſuffragijs confirmatus, ſummam poteſtatẽ belli, & pacis haberet, quique abrogandi, & præcipiendi iure vteretur, prout ſibi iuſtum viſum fuerit, iſque Dictator fuit appellatus. Primus autem ad hanc dignitatem electus fuit T. Largius, cuius geſta, & inſtituta qui perlegerit apud eumdem *Dion.Halicar. lib.5. n.*11. omne deponet ſcrupulum, & in noſtrã ſententiam inclinabit, non pendere ſcilicet ab acceptatione populi legis vigorem, quinimmò intelliget abſolutum imperium bono publico, & ciuium incolumitati ſatis conferre,

ferre, ac etiã & subditis libertate pollentibus nimium profuisse. Tanta namque fuit virtus eiusdem *Largij*, vt quod antea nimis durum reputabatur, optabile populo visum fuerit. refert citatus *Dion. lib.6.n.* 11. *in princ.* ibi. *Prodijt T. Largius, qui cæteris ciuibus ætate, & dignitate antecellere videbatur, qui iterum consul creatus effecit, vt inuidiosus ille magistratus dictatoriæ potestatis, quod se in ea præclarissimè omnium hominum gessisset, sacer, & venerandæ maiestatis plenus existimaretur.*

20 Tunc itaque absoluta Principis potestas libertatem lederet subditorum, cum illam in priuatas conuerteret cupiditates, non autem si quod æquum esset, & vniuersitati expediens, præcipere videretur. Hanc proindè consuetudinem tenuit Senatus Romanus creandi Dictatorem ad remouenda mala Reipublicæ, atque Manium Valerium, & Cincinnatum iteratò legimus eo munere functos, & postremò Decemviros electos. Imperium verò cepisse initium à Iulij Cæsaris dictatura perpetua compertum est, atque Augustum, & successores nomen mutasse in Imperatores, authoritatem tamen nedùm retinuisse Dictatoris, sed immò ampliaf-

pliaf-

pliasse, ac paulatim decidisse Senatum, studiosis antiquitatis Romanæ patet.

21 Omnes itaque Principes, qui scisso Romano Imperio, absolutam adepti sunt potestatem in suis prouincijs, eodem ac Imperatores vtuntur iure in subditos; Sicque quę dicebantur de Populo Romano non recognoscente sua prima ætate superiorem, verificantur hodie in Principe supremam habente iurisdictionem. Et in Republica, in qua optimates regunt, idem quoque ius apud eos viget, immò & in Democraticis, quamuis ad populum creatio magistratuum spectet, nihilominùs ad hos demum electos, regimen est deuolutum, nec de legibus latis populo contendere licet, nisi populus ipse in omnimodam vindicatus libertatem, hoc sibi ius reseruasset, vt leges non sint, nisi quas omnes duxerint approbandas; quo casu potiùs propositiones discussæ magistratus, quàm leges appellarentur, nondum à populo confirmatæ, nec is diceretur habere ius condendi leges, sed hanc authoritatem omnes indiuisam retinerent, & tantummodò magistratus custos latarum legum esset, non legislator, prout initio Romanæ Reipubli-

cæ Romulus, à quo dirigi voluit populus, non eius omninò subijci imperio, nisi in bello gerendo, vt supra notabam. *Knischilpt. de priu.ciu. Imper.lib.5,cap.1.n.19.*

22 Posita igitur summa rerum publicarum penès Principem, aut optimates, aut magistratuum, subditis disceptare de legibus non permittitur, cum de essentia, ac ratione constitutiua legis sit subditos obligare, etiam in conscientia. *Bassæus in supplem. ad flor. theol. pract. verb. lex 2. n 4. fol. 493. D. Thom. Suar. Salas, & alij apud Salzed. de leg pol. lib. 1. cap. 2. n. 10. & seq.* Ex quibus patet non subsistere idealem distinctionem ex aduerso adducti, quòd ius condendi leges, nõ autem ius obligandi ad legis obseruantiam, pertineat ad Principem, quandoquidem authoritas illa seruiret de vento, & esset Principatus depictus sine sussistentia. Quælibet enim publica potestas debet esse sibi sufficiẽs ad disponendum de ijs, quæ ad bonum finem Reipublicæ spectant. *Delben. de oblig iur. promiss. cap 2. dub 36. n.32. Philo de vit. Moisi lib. 2. Reg.* ibi: *Regis officium est videre, quæ oportet fieri, & vitare, à quibus abstinere. Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap.31. n.23. & seq.*

Ad

23 Ad argumentum à memorato theologo adductum de corpore morali, quod non resultet subditorum voluntate pugnante cum lege Principis iusta, multipliciter respōdeo. Primò cùm *B. Paulo Apost. ad Rom.* 12 vbi ait, corpus humanum ex pluribus constare membris, & hæc in vnum coalescere, quamuis non omnia eumdem habeant actum, & ex hoc similitudinem deducit in regimine Ecclesiæ. Quòcirca, quemadmodum in corpore humano capite imperante, pes, manus, cæteraque membra ad exercitium suorum actuum ordinantur, nullumque resultat absurdum, immò magis ordo relucet, ita in corpore ciuili, quòd vnus imperet, vel plures in vnum, reliqui verò obediant, nullum inconueniens consurgit, neque præiudicatur liberta quam saluare prætendit amicus theologus, cum potiùs hierarchicus seruetur ordo ab Altissimo summa sua prouidentia & sapientia institutus. Quòd autem liceat de corpore physico ad corpus mysticū, & ciuile philosophari, probat in terminis *Caram. theol mor. lib* 2. *de leg. mor. n.* 523. vbi eleganter ait, quod Rex est caput Regni, Primates sunt publici status manus; pedes

verò

verò vulgus: sicuti ergò non expedit in corpore humano, quòd omnis materia ad pedes confluat, ita nec in corpore ciuili, tunc enim corpus est robustum, cum humorum, & materiæ quantitas proportionatur. At verò laborat corpus physicum defectu, & abundantia humorum, & ita pariter laborabit morale defectu potestatis in Principe, & abundãtia eorũ, qui cũ subditi sint principari, & de legibus sciscitari contendant, Idemque probauit ex *D. Thom.* dilect. Frater noster *Pisan. conclus. decis. n.* 3. ibi: *Patet de corpore, in quo nisi vis regitiua communis, quæ ad bonum commune omnium membrorum intenderet, reperiretur, deflueret.* probat elegantèr *Knischilpt. vbi supr. lib. 5. cap. 1. per tot.* eisdemque medijs lumine naturali cognitis, dissidentem plebem Romanam cum Senatu reconciliauit *Menennius apud Halicarn. lib. 6. n.* 11.

Secùndò respondeo cum *D. Thoma* 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. *in corpore. ibi; Sed in his, quæ pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenetur subditus suo Superiori obedire, secundum rationem superioritatis, sicut miles Duci exercitus in his, quæ pertinent ad bellum.* Et *ead. q.* 104. *art.* 6. *in corpore,* ibi: *Ordo autem iusti-*

tiæ requirit, vt inferiores suis superioribus obediat, aliter enim non posset humanarum rerum status conseruari. Nota ly *non posset*, & attende, quòd Sanctus Doctor in aperienda præsenti conclusione loquitur per verba importãtia præcisam necessitatem, *&* *ead.* 2. 2. *q.* 105. *art.* 1. *in corpor.* ibi: *Obedientia superiori debita est de iure diuino, ideoque inobedientia est peccatum mortale, quatenus se opponit dilectioni Dei, & insuper quatenus se opponit charitati proximi, in quantum superiori proximo subtrahit obedientiam, quam ei debet.*

24 Ex cuius doctrina patet non esse permissum subditis impugnare, & non acceptare iustas Principis leges, cum illæ sint acceptatæ ab ijs, qui in Republica, & sua iurisditione viuunt, quamuis contra eosdem subditos militent (intelligas quo ad bonum particulare) ibi namque viuentes iuri suo cesserunt, quod à natura non absolutè, sed secundum quid eis fortè competeret, vnde infert ex dictis *Caram. lib.* 2. *de leg. mor. n.* 251.

25 quòd lex præscriptionem inducens, non potest impugnari, eique debent acquiescere subditi, vt suo spolientur dominio, & transeat in præscribentem cum bona fide. Expedit

pedit enim communi bono, nè dominia rerum in incerto remaneant. *Valer.* Rebell. *Salon. Clau.* Reg. *Bonac.* quos refert *Excob. de vtroque foro, art. 1. n. 55. & seq. p. 1.*

26 Rursus posita in Principe authoritate ferendi leges, eis demum latis, populus non ampliùs liberè, sed coactè obedire tenetur secundùm quòd legis virtus, quæ imperantis maiestate insufflatur, deriuatur ex præordinatione Diuina, & omnes subditos in conscientia ligat. Vndè ait *Apost. ad* Roman. *cap.* 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est potestas nisi à Deo, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, sibi damnationem acquirunt. Ideò necessitate subditi estote non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Et in Epistola ad *Tit.* 3. *admone illos* Principibus *subditos esse.* Et ex 1. Petri 2. ibi. *Subiecti igitur estote omni creaturæ propter Deum, siuè Regi, quasi præcellenti, siuè Ducibus, tamquàm à Deo missis in vindictam malefactorum; hæc enim voluntas Dei est.* Quæ verba, *propter iram*, intelligenda sunt de pœna exteriori; Illa verò; *propter conscientiam*, referuntur ad culpam, siuè peccatum, quod transgressor incurrit. *Sot. Alphons. de Castr.* Reg.

Azor. Bellarm. & alij apud *Bonac. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 7. n. 1.* omnium antesignano *D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 6. vers. sed contra.* Hæc
27 autem inobedientia non minus verificatur in transgressione legis quam in non acceptatione, & illius recusatione, immo hoc esset propriè resistere potestati.

28 Itaque illicitum est absque sufficiēti ratione consultare, immo facta ex iusta causa consultatione, neque excusarentur ab obseruantia, nec eis proficeret dubium, an Princeps annuerit supplicantium precibus, cum in dubio adhuc seruanda sit lex. *Salas de legib. disp. 3. sect. 2. n. 13. & seq & sect. 4. n.* 20. *Dian p. 1 tr. 10. de leg. res. 2. 3. & 6. Suar. cod. tr. cap.* 10. *n. 10.* & alij apud *Escob. de vtroq; for. p. 1. art. 6. § 3. n. 77. & 78.* Quocirca nequit excusari idem *Escob. vbi n. 66. ibid.* regulam septimam constituit, quod lex debeat promulgari, & acceptari, & tunc post duos menses obligabit. Etenim esto sibi contradixerit, quare non statim acceptata ligabit? Iste sanè terminus requiritur quò ad reliquos de Prouincia facta publicatione in Metropoli. *Bar. in d. l. omnes populi de iust. & iur.* & est communis omnium sententia. Et si supponit valere

lere acceptationem populi in Metropoli ad obligandum post duos menses reliquos de Prouincia, en absurdum, cum deferat minori parti virtutem obligandi maiorem partem subditorum; At planum est illam consurgere ab ipsa lege, & Maiestate Imperantis. *Arauxo decis. mor. tract. de stat. ciu. disp. 4. diffic. 1. n. 32. fol. 363.*

30 Non obstant praetereà alia argumenta cõtrariæ consuetudinis ex aduerso deducta, oppositum namque constat ex eisdem principijs legalibus. Equidem non ignoro quòd subsequenti contraria consuetudine tollatur lex scripta, sed hoc ipsum, quòd abrogetur, supponit illam valere. Ratio autem quare tollatur lex scripta per contrariam consuetudinem est manifesta; cum etenim omnis ferè materia legis ciuilis sit ratio naturalis in indiuiduo ciuilibus moribus adaptata, & è conuerso, congruens est, vt humana fœlicitas, quam principaliter intendit sæcularis potestas, non magis priori, ac posteriori lege, nec minùs scripta, vel non scripta iuxtà varias temporum circumstantias subditis comparetur. *c. erit, dist. 4. l. non possunt, ff. de leg. l. 4. ff. de præscript. verb. Concil. Later. in c. non debet*

de

de consang. & affin. Anguian. *de leg. lib.* 1 *contr.* 2. *n.* 4. *Suar. lib.* 6. *de leg. cap.* 7. *n.* 10. *Salsed. de leg. polit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 17. & *seq.* vbi ratio redditur quare ex mutatione rerum, vel temporum legem scriptam nõ seruari conueniat, & contraria vti consuetudine, lex enim humana habet humanos actus dirigere, quibus ob varias circumstantias ratio perpetua assignari nequit, ideoque oportet iuxta ordinatam rationem mutari. addo *D. Thom.* 2. 2. *q.* 120 *art.* 1. Guglielmi *Redoan. de spol. Eccles. q.* 2. *n.* 97.

Rursus consuetudo potest introduci à populo habente potestatem condendi legem. *l. omnes populi, vbi DD de iust. & iur. l. de quibus, ff de legib.* Si autem introducatur à populo superiorem recognoscente, cui soli competit ius ferendi legem, à tacito superioris consensu sumit virtutem, eius enim est componere mores per legem scriptam, & illis se conformare, si vsum bono publico non aduersari cognouerit; proindè, valebit quatenus ab eo confirmata censetur. *l. tam collatores, C. de re mil. lib.* 12. *l. domini prædiorum de agric. & censib. l.* 11. *l. quicumque, & l. final. C. de fund. Limitroph. l. super creandis, C. de iur. fisc.*

De-

31 Demum consuetudo potest introduci secundùm, vel præter legem, & similiter contra legem (dummodò non sit absolutè contra ius naturale, vel gentium, nec nutritiua peccati, quo casu numquam valeret) & tunc certum est sufficere in temporalibus cursus decem annorum. *Bar. in l. de quibus, ff. de legib. Abb. in c. non tantò, n.* 11 contra verò legem ecclesiasticam non minùs quadraginta annorum tempus requiritur. *Abb. ibid. n.7. & seqq.*

32 Sed si lex scripta futuræ consuetudini cōtrariæ resistat, vel contineat clausulam illius derogatoriam, adhuc ad abrogandam hanc legem Principis sæcularis, oportet intercedere consuetudinem longissimo tempore introductam. *Bar. in d. l de quibus à n. 5. in fin. in* 1 *lectur. ff de leg & in auth nauigia, C de fur. & l. eos C de vsur. Abb. n.*23. *in fin.* & similiter si versemur in præscriptione iurisditionalium *Luc. de regal. disc.* 47. *n.* 11. *Abb. n.* 11. *in fin. Alex cons.* 68 *n* 11. *lib* 2.

33 Quoadusque igitur consuetudo contraria non sit legitimè præscripta, vel introducta, (ne verbis insistam) lex condita plenam habet virtutem obligandi subditos, eosque iu-

re

rei Princeps compellit ad obseruantiam, pœnasque à transgressoribus exigit. Ad ipsum namque spectat cognoscere, seruentur nec nè leges; immò si maior pars contradicat adhuc si iustæ sint teneatur singuli ad obseruantiam. *Laym.* sibi contrarius *lib. 1. de leg. tr. 4. cap. 3 n. 4. & cap. 4 n. 5.* vbi citat *D. Tho. q 100. art. 9. Nauarr. & alios*, ex quo resultat, quòd introducentes consuetudinem contra legem, peccent, donec legitimè præscribant ius non parendi legi. *Vela dissert. 36. n. 30 Cannata (aliàs Sgroi) p. 7. de sent. & pæn. cap. 3 n. 220 fol. 848. Salgad. de supplic. ad Sanctiss. p. 1 cap. 2. sect. 3. n. 122. Laym. d. l. 1. tract. 4. cap. 3 n. 4. & d cap. 4 n. 5.* Et quamuis *Castropal. d tr. 3 disp. 1 punct. 13.* præsertim *n. 10* putet minùs tempus sufficere ad inducendam præscriptionem ex non vsu, atque hinc inferat post aliquod tempus non peccare subditos non parendo legi superioris, nihilominùs clarè patet absurdum, quòd vno, eodemque tempore lex subsistat, & transgressio sit licita; vltra quòd *Castropalaus* debuerat animaduertere, quòd ex non vsu, & non actibus nunquàm tollitur virtus, & obligatio legis, sed benè verum ex contrario vsu, & ex contrarijs

trarijs actibus ex certa scientia factis contrà legem, immò idipsum est necessariò probandum interuenisse, vt liberentur subditi ab obseruantia legis *Alex. cons. 136 n. 19. lib. 2.* Quibus etiam copulatur, quòd contraria cōsuetudine nondum obtenta, posset intercedere contrarius actus, qui satis est ad illam interrumpendam, & quò magis interuerteretur, maiori ratione virtus prioris legis cōsurgeret, *Abb. vbi sup n 19.*

34 Distinctio prætereà à *Cannata loc. cit.* tradita, quòd scilicet ab initio non peccent subditi, si totius populi consensus in non acceptando legem Principe tacente concurrat, non procedit ex dictis, nisi subsequenti adhibita intelligentia, puta si lege lata aliquod non præuisum absurdum ex illius obseruantia resultet, de quo Princeps informatus cōtrarijs subditorum moribus acquiescit, quia tunc videtur facto ipso illam reuocare, immò in effectu tenetur, nam nulla lex vale publicæ vtilitati repugnans *l nec damnosa, & ibi DD. C. de præc. imper. offer. l. fin. C. si contr. ius, vel vtil. publ.* publicum namque bonum, quod præ se ferre lex debet, nondum speculatiuè à statuentis mente pendere com-

E per-

pertum est, verùm etiam practicè ex euentu, & obseruantia, ideoque non contumaciæ subditorum, sed vitio latenti legis, vel nouæ causæ accedenti inobseruantia adscribitur. *Abb. in c. dilecti vltim. de appell. & in c. at si clerici, §. de adult. n. . . . de iudic. Alex cons.* 106. *n.* 11. 13. & 14. *Suar de legib. lib.* 4. *cap.* 16. *n* 4. *Salgad. de supplic. ad Sanctiss.* 1. *p. cap.* 2 *sect.* 3. *n.* 121.

35 Putarem etiam non peccare subditos non seruando legem contrario vsu nondum præscripto, si versemur in Iudicialibus, & contrarius vsus initium sumat ab aula *Principis*, Consiliarij namque censentur illius voluntatē scire, quæ præsumptio facit cessare virtualem contemptum, transgressioni intrinsecum, & consequenter culpam. facit eleganter. *Abb. d. c. non tantò, n.* 26. *in fin.*

Dixi in Iudicialibus, nam si versemur in alijs actibus, in quibus vt homines operentur, puto *Proceres* Prouinciæ, eosdemq; e Consiliarios grauiùs peccare, ob malum exēplum nō parendi superiori cæteris præstitū.

A primo itaque ad vltimum vides quòd ad tollendam legis obligationem, requiritur consuetudo, quæ sit rationabilis, habens omnia

nia requisita, de quibus *Abb.* & DD. citati, & quòd sit legitimo tempore introducta, nam neque ex sciẽtia Principis minuitur tempus, nisi ipse consuetudine ita incepta positiuè vtatur, (quia tunc videtur abrogasse legem) secùs si præstet tantùm patientiam, *c. cum dudum de præb. Abb. d. c. cum tantò n.* 13.

36 Postremò non obstat argumentum ab ignorantia legis desumptum, quãdoqu idem ignorantia non inducit, immò directè excludit contemptum, nisi versemur in crassa, & supina, & in terminis enucleatis, *animaduers.* 19. *p.* 1. Tenetur propterea Princeps leges à se latas promulgare, vt ad subditorum peruenire valeant notitiã, sciãtque illius placita, cũ sola lex naturalis præcepta in cordibus inserat.

37 Quod si dicatur quò ad forum interiùs rusticos nescire virtutem legis intrinsecam, respõdeo lumine naturali cuilibet esse notum superioribus inferiora moueri, ideòque non parendo legibus sui Principis, nemo excusatur à culpa, & si excusaretur, hoc esset, quia fortè inuincibiliter legem ignorasset, non quia de se esset transgressio licita, *Clau. Reg. in comp. p.* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *fol. mihi* 60. *An-*

guian d tr. de leg. lib. 4 *cōtr.* 3. *per tot.* & præſertim *n.* 13. *fol.* 504. vbi plura de ignorantia legis, & quando quis excuſetur à pœna formali. Adeas DD. & authoritates adductas, & ea, quæ ſcripſi *d. animaduerſ.* 19. ad præſentis elucidationem mihi ſatis notiſſima.

ANIMADVERSIO SECVNDA.

Lex ciuilis, etiam pœnalis, obligationem in vtroque foro producit; clericos autem diuerſimodè ligat. *contra Tambur.*

SVMMARIVM.

1 LEX *multipliciter ſe habet.*
2 *Principatus in genere eſt de Iure Naturæ. illius ius. n.* 3. *&* 4. *ad quid inſtitutus? n. ſequentib. & n.* 19.
4 *Legi non obediens peccat. n.* 5. 6. 7. 11. 14. 15. 20. *ratio. n.* 18. *& per tot.*
7 *Princeps peccat ſi omittat condere leges iuſtas. ratio. n.* 8. 9. 10.
9 *Debentur ei tributa pro mercede laboris.*
12 *Tenetur vi directiua ſeruare ſuas leges & n.* 13.
15 *Non obediens virtualiter contemnit, & iniuſtitiam committit. n.* 16. 17.

17 *Contemptus formalis addit aliam malitiam.*
21 *Clerici quomodò ligantur legibus? 24.*
25 *Lex pœnalis obligat in conscientia. declar. n. seq.*

FAteor profectò consciētiarum directionem ad ecclesiasticos pertinere ex munere officij, & status, in quo versantur, sæculares enim quò magis externis implicamur negotijs, eò minus de æternitate sentimus. Verùm in lumine fidei ambulantibus, ac sacram profitentibus doctrinam, non est omninò impertinens perscrutari, cuius sint virtutis leges, quas in dies tuemur in Tribunalibus, quasue necessarias ad publicā tranquillitatem censemus. Quamuis ergo tunica non præcingar, absque vlla insipientiæ nota (nisi quantum propria obstet imbecillitas) ad quæstionem progredior, certò sciens magnam Reipublicæ allaturum vtilitatem, si detecto quorumdam Theologorum errore, veritas ad pristinas suas redeat sedes, iuxtà maiorum Patrum sententias, & Sum. Pont. expressas, quas habemus, decisiones.

1 Præmitto igitur multipliciter se habere legem ciuilem. Aliquando iusta præcipit, aliquando improba vetat, quandoque annul-

lat,

lat, sæpius sollemnitates pro forma requirit, & demum permittit, vel etiam ius aliquid faciendi concedit.

2 Priusquàm autem vltrà progrediar, oportet necessitatem humanæ legis ostendere, vt solido iacto fundamento, facilius ad resolutionem deuenire possimus Sciendum itaque nobis est, Principatum in genere ab ipso iure naturæ deriuari, vt diximus in *praec. animadu.* quia cū homo sit animal sociabile à natura, nec sibi ad omnia sufficiat, ità media necessaria ad conseruationem humanæ societatis sunt de iure naturæ, ideòque ius

3 Principatus, vt multitudo ab vno regimine dirigatur. Vnde Salomon *in parab.* 14 *cap.* 11. protestatur: *Vbi non est gubernator populus corruet. D. Thom. lib.* 3. *de regim. cap* 11. quem prosequitur dilectissimus Frater meus *Pisan. in conclus decisiu. aduersus tres priores propos Sorbon. de author. Summ. Pont. n.* 3. *&* 4. habetur apud *Theat. vit hum. verb. Princeps in prin. Idem D. Thom. p.* 2. *q.* 91. *art.* 3. *in corp. ibi: Secundum hoc dicendum est* (probauerat legis humanæ necessitatem) *quòd sicuti in ratione speculatiua ex principijs indemonstrabilibus naturaliter cognitis, producuntur conclusiones diuersarum scientiarum,*

tiarum,

tiarum, quarum cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriam rationis inuenta; ità etiam ex præceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principijs communibus, & indemonstrabilibus, necesse est (nota ly *necesse*) *quòd humana ratio procedat ad aliqua magis particulariter disponenda, & istæ particulares dispositiones adinuentæ secundum rationem humanam, dicuntur leges humanæ, obseruatis alijs conditionibus, quæ pertinent ad rationem legis*. Et eadem *q.* 91 *ad prim. ibi: Et ideò sicuti ex parte rationis speculatiuæ per naturalem participationem Diuinæ Sapientiæ inest nobis cognitio quorumdam communium principiorum, non autem cuiuslibet veritatis propria cognitio, sicuti in Diuina Sapientia continetur; ità etiam ex parte rationis practicæ; naturaliter homo participat legem æternam secundum quædam communia principia, non autem secundum particulares directiones singulorum, quæ in æterna lege continentur, & ideò necesse est vlterius, quòd ratio humana procedat ad particulares legum quasdam sanctiones.*

4 Vides propterea ex verbis S. Doct. non ad congruentiam, sed ad necessitatem requiri leges humanas. Et quidem si iure naturæ attento oportet homines ab aliquo regi, eiusdem

dem iuris neſſitate coguntur ſubditi legibus obedire, ità vt illarum transgreſſor non tantùm iuridicam, & externam culpam incurrat, ſed etiam theologicam, vtpotè qui ius naturale quantum in ſe eſt, euertit *Layman. lib. 1. tr. 4. cap 8. n. 9.* vbi docet eſſe communem ſententiam. *Caram. in ſua theol fundam. n. 637. verſ. quarta; poteſt Reſpublica, fol. mihi* 156. vbi docet, quòd quemadmodum poteſt dici voti reus, promiſſi reus, qui iure promiſſionis tenetur, ità dici poteſt compromiſ-
5 ſi reus ciuis non parendo legi iuſtæ ſuperioris; compromiſit enim, cum ſe Reipublicæ incorporauit, & ante illum *S. Thom.* 1. 2. q. 95. *art. 3. in corpor. & q. 92. art. 1. ad 3. ibi: Cum igitur quilibet homo ſit pars ciuitatis, impoſſibile eſt, quòd aliquis homo ſit bonus, niſi proportionatus bono communi, nec totum poteſt benè exiſtere, niſi ex partibus ſibi proportionatis.*

6 Pondera verba Sancti Doctoris, & nota ly *Impoſſibile eſt, quòd aliquis homo ſit bonus, niſi proportionatus bono communi.* Idipſum expreſsè probatur in *c. quiſquis diſt.* 41. *c. in nona actione* 16. *q.* 7. *ex D. Auguſtino relato in c. quæ contra diſt.* 8. *idem D. Auguſt. lib.* 3. *confeſſ. cap* 8. *Caram. theol. fund. n.* 637. *& n.* 1156. *Ioſeph Ianuar.*

nuar. resol. moral. 15. *p.* 1. presertim *n.* 11. expressiùs *resol.* 64. *per tot. Meroll. disp.* 4 *cap.* 3. *n.*632. *Laym. lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 3. *n.* 5. *&* *cap.* 9. *sub n.* 2. *&* 3.

7 Confirmantur prædicta, nam Princeps, (immò & Tyramnus vt docent *Less. Salon. Bonacc. & alij in* 3. *confirm. inferiùs citandi*.) omittendo condere leges, quas iustas putarit, & necessarias ad Reipublicæ bonum, peccat mortaliter, non enim ordinaret subditos ad finem, pro quo sibi à Deo committuntur, sed profectò multitudinem dissiparet, quem-
8 admodum sine rectore dissolueretur, idem autem esset Principem non habere, ac habere inutilem, immò iste esset fortè non minùs cõmunitati perniciosior, exigeret enim
9 à subditis tributa, quæ sunt merces laboris, vt probat *Apost. ad Rom.* 13. laborem verò nullum impenderet, nec munus, cui præest, impleret, omittendo leges necessarias ad bonum publicum, & honestam trãquillitatem; quapropter ità se gerendo non excusaretur à peccato. *Caram. in theol. fundam. n.*629 *fol. mihi* 166. *ibi: peccant quidem vt homines, &c. peccant vt superiores mortaliter, hoc est in materia sui officij, cum negligenter agunt res, quas stre-*

nuè deberent. Dupliciter enim ſe habet Prin-
10 ceps, primò vt pars ad totam communitatē, & quia eſt principalior pars, debet in eo iuſtitia prælucere. Secundò vt pars ad partem, cum tota Reſpublica ſe habeat ad Principē vti particularis perſona ad cuſtodem, quem veluti ſtipendio conduxit ad ſe tuendum. *Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 13. Baſſæus ſupplem. ad flor. theol. pract. verb. Ius, & iuſtitia n. 13. Ioſeph Ianuar. reſol. moral. p. 1. reſol.* 68. *n.* 18. & 19.

11 Verùm quia iſta ſunt inter ſe neceſſariò correlatiua, vt Princeps iuſtas ferat leges, earumque obſeruantiæ incumbat, ſubditi autē debitam præſtent obedientiam, eaſque violare non audeant; clarè inde ſequitur, vt tranſgreſſores peccent, & pro grauitate materiæ ſuas onerent conſcientias, cùm de iure naturę ſit multitudinem ab vno dirigi, eique pariter obedire. *Piſan. dict. concl. deciſiu. n.* 3. & 5.

12 Confirmantur ſecundò, nam communiter Theologi, & vtriuſque iuris Doctores concludunt eoſdemmet Principes ſuis legibus vi directiua obligari ex ratione mox dicta, ſecundum *Leſſ. & Baſſæum, Ioſeph Ianuar.*

dict.

d. n. 18. & seq. Meroll. t. 2. disp. 4. de legib. & constit. cap. 3. dub. 46. à n. 612. cum plur. sequent. vbi tùm authoritate *D. Thom.* tùm etiam iuris ciuilis decisionibus latè materiam declarat. addo *Castropal. tr. 3. disp. 1. punct. 24. §. 1.* & *D. August. lib. 1. de serm. Dom. in monte cap. 3.* *ibi: Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori se ipse subijciat.* Superior autem, cui Princeps tenetur obedire, est ius naturale, iuxtà cuius dictamen ipse quoque viuere debet. Quam sanè disciplinam lumine naturali agnouit in sua gentilitate *Seneca* vbi in *tract. de clementia cap. 6.* Principem his verbis erudiebat. *Quotus quisque ex quæstoribus est, qui non ex ipsa lege teneatur, qua quærit?*

13 Si igitur Legislator tenetur ad obseruantiam, quo iure licitum erit subdito absque culpa non obedire? hoc si quidem inter eos video assignatum discrimen, quòd Princeps peccet non secundùm diuersitatem speciei, circa quam lex versatur, sed in genere inordinatæ rationis, siue iniustitiæ, ad quam sequendam, siue seruandam ex præcepto generali iuris naturalis tenetur. Subditus verò peccet contra illam virtutem, ad quam specificè pertinet violatio, cum subditi actus

immediatè subiaceat legi Principis, quæ specialiter est ordinata ad specificam virtutem augendam, siue specificè tale extirpandum vitium, vt impugnatis *Less. Sayr. & Bonac.* probat *Meroll. d. cap. 3. in corollar. n.* 631. & prosequitur *d. punct* 24. §. 1. *n.* 5. *Laym. d. lib.* 1. *tr.* 4. *cap* 9. *sub n.* 3. *vers. quare*.

14 Confirmantur tertiò, nam tyramno vsurpatione potestatis, ciues obedire tenentur, cum iusta præcipiat ad bonum communitatis regimen; eaque est potissima ratio, quia illius mandata non à tyramnide sumunt potestatem, sed à iure naturali, quod posito rerum statu, dictat esse obtemperandum, ne maiora mala, & discrimina in ipsa Republica nutriantur. *Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 9. *Salon. eod. tract. q.* 65. *art.* 6. & alij apud *Bonacc. de legib. disp.* 1. *q* 1. *punct.* 7. §. 3. *propos. vnic. n.* 12. *Meroll. disp.* 4. *de legib. cap.* 3. *dub.* 7. *n.* 79 & 80. *Salas, Suar. Castropal. apud Exeob. de vtroque foro, art.* 6. §. 3. *n.* 63. & 64. & hoc est quod ait *D. Thom.* 2. 2. *q* 104. *art* 6. *ad* 3. vbi probat non habenti iustum Principatum, sed vsurpatum parendum esse, non per se, sed per accidens propter vitandum scandalum, vel periculum, si aliàs maiora

mala

mala sequantur. Vnde fateor propriam imbecillitatem, nec benè intelligere, qualiter deindè nonnulli velint leges veri Principis in conscientia non obligare.

15 Confirmantur quartò, nam qui legi iustæ parere renuit, non solùm authoritatem implicitè contemnit Legislatoris, sed etiã quãtum in se est, excellentiam authoritatis sibi vsurpat, & pessimo exemplo alios ad inobedientiam impellit, euertitque communitatem, quæ omnia sunt apertè mala, & damnanda, culpam nedùm ciuilem includentia, sed etiam theologicam; & hæc meo videri, maiorem non exquirunt probationem, docuit enim *Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 7. dub. 1. n. 2. 3. 4.* iniustitiam actualem committi ex violatione legis, quandoquidem est alieni iuris conturbatio, quæ non differt ab iniuria, quæ Principi, siue Superiori infertur: *Meroll.* verò infra citandus *disp. 4. cap. 3. n. 2. 4.* subdit, in omni transgressione inclu-
16 di virtualem contemptum, ideòque quamlibet deliberatam legis violationẽ esse peccaminosam, & si formalis non accedat contemptus, hic namque superadderet nouam
17 malitiam, & aliã peccati speciem, necessariò con-

confitendam. *Idem Less. de iust. & iur. lib. 2. cap 7. n. 2. Bonacc. de peccat. disp. 27. q. 3. pun. 5. propos. 2. à n. 6. & n. 16.*

18 Non ignoro potestatem sæcularem extrinsecùs se habere, quapropter ex hoc capite benè posset inferri, legem ciuilem non obligare in conscientia, cum Legislator attenta eius externa authoritate, gratiam Dei auferre, nec tribuere possit. At nostra conclusio procedit introspecta virtute ipsius legis intrinseca, quia nempè cum iusta sit, tenentur subditi eam seruare, & ex præordinatione Diuina, à qua omnis potestas deriuatur, obligātur seculari Principi obedire, teste *B. Petr in præced. animadu. citat.* vbi ait. *Subiecti igitur estote omni creaturæ propter Deum, siuè Regi, quasi præcellenti, siuè Ducibus, tamquàm à Deo missis in vindictam malefactorum, hæc enim voluntas Dei est.* Et ex *DD. Ambros. Anselm. Thom & alijs*, docuit *Meroll. d. disp. 4. cap. 3. dub. 21. à n* 202. vbi confutatis contrarijs, authoritate doctissimi *Suarez* concludit *n:* 205. quòd ista (quam tuemur) sententia, vel est de fide, vel proxima fidei. *Salon* autem *de iust. & iur q. 62 art. 3 sub tit. an lex. pœnalis, concl* 1. *vers secundò an huiusmodi &c.* expres-

se

sè docet hanc conclusionem esse de fide; ad-
do ex Iuristis *Salgad. de Reg. prot. p. 1. cap. 1.*
prælud. 1. *n.* 44. & 45. vbi quamplurimis rela-
tis monet, Principatum à Deo creatum, &
19 concessum esse ad commune bonum, & pu-
blicam subditorum vtilitatem, vt sub tali
regimine tuti sint boni ab aliorum oppres-
sionibus, mali verò eadem authoritate Diui-
na compescantur. *Borrell. de præst. Reg Cathol.*
in præf. n. 6. & *cap.* 31 *n.* 33. & *seq* Quaprop-
ter legum transgressores obligantur ad cul-
pam mortalem pro grauitate materiæ, &
20 consequenter ad pœnam æternam. *Diuus*
Thomas 1.2. *q.* 96. *art* 4 & 2 2. *q* 104. *art.* 5.
Gonet. in manual tom. 4. *cap* 2. *coroll.* 3 & *eod.*
tom 4 §. 2. *q.* 2. *Ioan. de la Crux in suo direct.*
conscient. tit. de leg. fol. 1. *n.* 1. 2. 3. *Bonacc. de*
leg. q. 1. *punct.* 7. §. 1. *propos.* 1. & §. 4 *n.* 6. &
seq. ibid. Salon. de iust. & *iur. q.* 5. *art.* 3. *concl.* 3.
verb. non est hic sermo, fol. mihi 152 & *q.* 5. *art.*
4. *sub concl. vnic. verb confert Petrus fol. mihi*
154 & *seq.* & *d. q.* 62. *art.* 3. *d concl* 1 *n* 1.2.3.
& latiùs *q.* 77. *art.* 1. *controu.* 7. *à n.* 12. *ad fin.*
fol. mihi 32. & *controu.* 8. *fol.* 37. *Alciat in cap.*
cum contingat n 99. *de iur. iurando. Didac. Co-*
uarr. de sponsal. p. 2. *c* 6. §. 8. *n.* 12. & latè *c.* 7.
§. 7.

§. 7. *n.* 8. *Emanuel Suar. thesaur. recept sentent. verbo lex n* 136. *fol. mihi* 89. *Villalobos comm. opin. verbo lex n* 95. *&* 110 & ex Nostratibus *Mastrill. de Magistr. lib.* 1. *cap.* 1. *n* 18. *Giurb. a d stat. Mess. cap.* 6. *gl.* 2. *n.* 8. cum alijs omninò videndi, quos retuli *animadu.* 4. *n.* 46 58. 59. *& animadu.* 13. *n.* 39. *& seq. & animadu.* 19. *n* 62. *p.* 1. quibus addo *Magrett. ad Constitut. pragm. Ducis Serm. in q. procem. q.* 7. *per tot. ubi n.* 1. *&* 15. *& seq.* ex quamplurimis firmat,
21 ligari etiam clericos (nisi expressè sit contra libertatem ecclesiasticam) non quidem vi coactiua, sed directiua ratione iuris naturalis, quod omnes ligat, vt superiorum rationabilibus statutis pareamus. *Vela disser.* 45. *n.* 47. *& seq. Salgad de Reg. prot.* 1. *cap.* 1. *p.* 3. *n.* 64 *fol.* 13. *Oliua de for. Eccles. p.* 1. *q.* 37. *à n.* 1. *Arauxo decis. mor. tr. de stat. Eccl. q.* 14. *n.* 2. Sunt enim partes Reip. ideoque eis non licet legibus pro communi bono latis contrauenire. Quamuis ergò solius Dei sit gratiā dare, & consequenter tollere, quod fit per obligationem ad grauem culpam; tamen hoc potest esse immediatè, & etiam mediatè per leges humanas, quibus subditi si pareant, virtutem exercere videntur, & meritum

22 ritum sibi comparare obedientiæ, trangressores verò ex sua transgressione sibi gratiam auferre. *Clau.Reg in comp.p.1 cap.6.vers pro quibus obijcitur erg.fin.* & communiter Theologi mox adducti *Gaiet.1.2.q.96. art.5.ad hoc dubium. Ioseph Januar.resol moral p. 1. resol. 68. n.8. lib.5.Azor. instit.moral. c.6. vers tertiò quæritur col.* 469.

23 Ex quibus omnibus plenè constat, quòd lex ciuilis in primo membro superius positæ distinctionis, nempè si aliquid iustè præcipit, ea seruanda sit etiam in foro consciē-
24 tiæ; quò verò ad clericos casus habes in valore monetæ, & in taxatione pretij rerum venalium, quod nec ad minimum quidem alterari licet; item quòd secum contrahentes lege prohibente cogere nequeant, & simil. *Oliua vbi sup. Arauxo cit n. 3.fol 77. Salzed.de leg.pol. l.1 c 4. à n. 11. Salon. d.q.77. art.1. controu 9. & seq. tom. 2. Magrett. d. q. 7.* vbi quamplures refert; Et est communis & indubitabilis omnium sententia quò ad monetæ valorem, & pretij rerum venalium taxationem, quamuis quò ad generalitatem huius conclusionis modo iam dicto, non desint contradictores, inter quos *Tambur. in*

method. celebr. miss. lib. 5. decal. cap. 1. de stipen. miss. §. 8. *n.* 10. eius tamen fundamenta satis leuia apparebunt, cui perlegerit *Salonium d. q.* 62. *art.* 3. *sub tit. an lex pœnalis concl.* 1. 2. 3. & *d. q.* 77. *art.* 1. *contr.* 7. 8. 9. *vbi n.* 8. in hæc verba concludit: At *hic non licet dubitari leges ciuiles iustas obligare in conscientia, cum tot locis sacræ Scripturæ ex rationibus adeò apertis constet, quòd si nonnulli aliter sentiant, non propterea sententia nostra redditur minùs certa, aut minùs vera, cum illi infirmis nitantur rationibus, & locis; ac textibus malè intellectis, vt ex progressu huius controuersiæ & præcedentis constat. Oliu. cit.*

25 Rursus si de lege pœnali sit sermo, putarunt aliqui ex recentioribus Theologis eam non obligare in conscientia, quasi quòd Legislator sit ea pœna exteriori contentus. Cõtrarium tamen amplector cum *Salon d. q.* 62. *art.* 3. *d. concl.* 1. 2. 3. & *d. q.* 77. *art.* 1. *contr.* 8. à *n.* 8. *ad fin. Bonacc. de leg. disp.* 1. *q.* 1. *pun.* 7. §. 2. *propos.* 1. *Cannata* (*aliàs Sgroi*) *p.* 7. *de sent. & pœn. cap.* 3. *n.* 220. *fol.* 848. *Salas de legib. disp.* 13. *sect.* 1. 2. & 5. *Reginald. lib.* 13. *n.* 160. *Filiucc. tr.* 21. *n.* 394. *Laym. lib.* 1. *tr.* 4. *cap.* 14. *n.* 1. *Clau. Reg. in compend. p.* 1. *cap.* 7. *fol. mihi* 64 & 65. apud quos Contrarij refelluntur. Et quá-
uis

uis *Tamburin. loc. cit n.* 15. contrarium sibi suadeat, asserens quòd essemus peioris conditionis, quàm Hebræi, plurimis præceptis legalibus inuoluti; Respondeo hoc non esse conscientias onerare, sed subditos in iustitia,& honestate continere, & humanam societatem in virtute, & bonitate dirigere, vt hoc obtento naturali fine, circa quem versatur sæcularis potestas, ad finem supernaturalem ex Dei præordinatione perueniamus. *Excob.de vtroq;foro in init. n.6 & seq.*

Apertè quippè constat ex citatis locis Sacræ Scripturæ, sæcularem potestatem à Deo esse, & de hac expressè loquitur etiam *Apostolus*, vndè si parere etiam in conscientia subditi non tenerentur, damnationem æternam non indixisset. Constat enim sæcularis Principis leges ad perfectum Reipublicæ statum se referre, quò-circa non alia ratione,nisi qua *Deo* resistitur ob inobedientiam, sequi potest damnatio; probat *Clau Regia in compend. p.*1 *cap.*6. *vers. dicendum tertiò.* & docuerunt antiqui Patres *Gelasius, Chrisostomus, Anselmus, Theophilat. Augustin. & alij* apud *Meroll. dicta disp.* 4. *cap.* 10. *dub* 24. *à n.* 221. *ad n.*224. pœna namque imponitur (prout etiã

præmia offeruntur) vt arctiùs lex custodia-
25 tur, ac sciant subditi quantum legis obseruantia referat, non autem ad eneruandam, aut minuendam legis virtutem, nec is est finis Legislatoris, vt præceptum non obliget, sed potiùs sit laqueum ad extorquendas pœnas impositas. Videas *Salon. locis mox allegat.*

Etenim punitio malorum virtus est legis maxima inter omnes, ita vt ea seclusa reliquæ inanes, & vacuæ sint. *l. vltima ff. de iurisd. omn. iud. ibi: Non pateretur impune: l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Diuus Thomas* 1. 2. *q.* 92. *art.* 2. *Anguian. de leg. lib.* 1 *contr.* 7. *n.* 14 *& lib.* 3. *contr.* 7 *n* 8 *&* 9 vbi tradit aliam rationem à posteriori, quare lex pœnalis obliget in conscientia, quia nempè Legislator cognouit quàm perniciosum esset Reipublicæ; si de facto actus aliquis perpatraretur, quamuis aliàs ipsa lex inualidum, & infectum haberet.

Non ignoro distinctionem communiter receptam de lege præceptiua, pœnali, &
27 mixta, vt prima sit, quæ subditis in materia suæ subordinationis aliquid præcipit obseruandum nulla pœna adiecta, secunda, quæ à pœna incipiat, puta: quicumque hoc face-

re ausus fuerit talem pœnam incurrat; tertia denuum à præcepto incipiat, cui ex contrauentione adijciatur pœna. Nō inquam ignoro diuersitatem huiusmodi legum, & latè pertractant supra relati Patres, quibus alios quoque potes adijcere ex Moralistis, & ego ex Iuristis refero *Escobar de vtroque foro art. 4. à n. 43. tom. 1.* Attamen dissentio ab ijs, qui dicunt legem præceptiuam, & mixtam obligare in conscientia, illam verò merè pœnalem obligare tātùm ad pœnam exteriorem, & in foro iudiciali. Ratio, quæ in hanc sententiam animum inclinat, & est præcipua, nam eò quòd lex modo superiùs explicato loquitur, vetat illud fieri, quod per impositionem pœnæ punitur, prohibet autem, quia ita Legislatori videtur expedire bono Reipublicæ; vnde quicumque pœnæ reus efficitur, certum est legem illam violasse contra propriam obligationem, qua tenetur ad
28 obseruantiam. Continet ergo huiusmodi lex pœnalis præceptum negatiuum, quod satis est nè transgressor à peccato excusetur, quāuis ab eo absolui possit non satisfacta pœna, et si sit pecuniaria, cū aliàs requirat sententiam saltem declaratoriam, iuxtà cuiusque

legis

legis dispositionem, & sic regulariter actionem hominis. Quapropter aliud est ad peccatum legem pœnalem in ratione legis obligare nè contra fiat; aliud verò pœnam non esse exequendam ante sententiam: Videas *Escobar dict art.* 4. *à n.* 43. *&* *n.* 52. *&* *seqq.*

29 Dixi regulariter ad pœnam exigi actionē hominis, quamuis aliquando non requiratur, vt scilicet si pœna sit inhabilitas, vel vt abstineat ab aliquo is cui pœna est imposita, de qua re latiùs infra erit sermo *animaduers.* 8. *&* *seqq.*

Adstipulatur item alia ratio principali cōclusioni, nam cum passim homines proprijs subducti concupiscentijs à recta ratione declinent, contemnendo, vel paruifaciendo illa sanctissima tria generalia iuris præcepta, in quibus omnis virtus complectitur: honestè nempè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere; oportet vt Legislator pœnarū impositione coerceat irrationabiles subditorum actiones, quibus particularium conciuium, & commune bonum dissipari cognoscunt. Quò magis itaque necessitas vrget, nec eos virtutis amor,

nec

nec proposita premia aliciũt, eò magis obligatio consurgit obseruandi legem pœnalem etiam in foro conscientiæ; Malis etenim hominibus, non iustis pœnæ imponuntur. *Paul. ad Timoth. 1. 9 ibi: Lex iusto posita non est sed iniusto. c. duæ sunt 19. q. 7. ibi: propter criminosos. Anton de Rosel. de pot. Imper. & Pap. §. sed quod Christus n. 4. fol. 35. Messia de taxa penis cõcl. 6. n 19* quos refert, & sequitur *Excob. de vtroque for. in init. n 6.* Quamuis etiam iustos, & bonos obliget, vbi causa sit impulsiua *gl. in d. c. duæ sunt* quò circa non debent iniqui melioris esse conditionis, vbi præsertim agitur de publica vtilitate. *Anguian. de leg. l. 4. contr. 2. n. 12.*

Declara tamen prædicta non procedere, primò, si pœnæ, & verba legis non ferantur in subditos, sed in iudices, vt ipsi contrafacientes ita obstringant, atque compescant; nam tunc videtur Princeps sola pœna contentus, nec eos ante sententiã obligare, post alios cumulatos à *Farin. Excob. d. art 4 n. 45. & 46* nam si aliter vellet, in subditos verba legis dirigeret.

29 *D*eclaro secundò, si lex pœnalis non sit ad bonum commune ordinata, neque ad iustitiam,

tiam,vel virtutem naturalem tuendam, sed quia politiæ expediat, cuius oppositum non referatur in perturbationē Reipublicæ, nec sit cuiuis tertio nociuum, aut contra bonos mores,vel vt clariùs dicam contra virtutem naturalem,non obligat ad culpam,quia tunc Princeps pænam iudicialem, & in exteriori foro petit, immò de ratione huiusmodi legis est pœnam tantùm pecuniariā imponi, nè subditi vltrà videantur pregrauari, quàm
30 exposcat negotium. Vide *Meroll.* optimè distinguentem hanc materiam legis pœnalis, & politicæ *disp.4. cap.3. dub.28. à n. 294. ad 308. Couarr. Sanch. & Suar. ibid. cit.* præsertim *n.307. Azor. instit. moral. lib.5. c.6 vers. quæ verò, col.471. & seq.* vbi exemplificat in lege de nō venando, non piscando, talibus vestibus incedendo, & similibus. *Excob de vtroq; for. init. n.97. 98 & 99.* qui tradit nèdum materiam, sed finem à lege intentum inspiciendum, vt grauis cognoscatur transgressio, aut leuis.

Opportunè igitur posui superiorē distinctionem, qua absoluta ad vlteriora progredior.

Prohibitio legis ciuilem causam præseferens, naturalem non tollit obligationem, iuramento autem actus omninò roboratur, secùs vbi causam superiorem redoleat, quo casu peccaret contrafaciens, nec actus iuramenti virtute efficacior euaderet.

Exceptionem S. C. Velleiani iuramentum excludit; at verò S. C. Macedoniani, tamquàm in odium creditorum inducti, nequit omninò elidere. Contra *Boneccin.* & *alios.*

Summarium.

1. *FInis agentis debet esse ordinatus.*
2. *Lex prohibendo multipliciter se habet. n. 3. 5. 25. 26.*
4. *Actus regulatur à fine.*
5. *Obligatio naturalis quando resultat non obstante legis prohibitione?*
6. *Donatio inter Patrem, & Filium, & inter Virum, & Vxorem, quare prohibeatur in iure? n. 7. 8.*
9. *Iuramento confirmatur. declar. in donatio n. 1 2.*
11. *Iuramentum præstitum in exequutione quando prodest?*

12. *Clausula irritans tollit obligationem naturalem*
13. *Pœnæ ex iusta causa sunt infligendæ.*
15. *Tex. in l. non dubium C. de leg. explicatur.*
16. *Plures pœnæ quando concurrunt?*
17. *S.C. Velleianum non tollit obligationem naturalem. Iuramento renunciatur.*
18. *S.C. Maced. renunciari nequit. ratio n. 19. 20. 21. 22.*
19. *Iuramentum, quo renunciatur S.C. Maced. quid operatur?*
23. *Exceptio S.C. Maced. tollit obligationem naturalem mediatè. & n. 24.*
Princeps ex causa iusta potest tollere ius vni, & alteri dare.
26. *Iuramentum non validat actus turpes.*

1 INutilis ferè, ac omninò vacuus euadit labor omnis non habens ordinatum finem; cum autem fuerim expertus non minùs Reipublicæ necessariam harum quæstionum intelligentiam, quàm aliarum quotidie in foro versantiũ, in quibus enodandis millium, ac millium concurrit authorum perspicacia, animum ad eas intendi, vt resolutio simul haberi queat, & lapsi mores quandoque corrigantur, bonumque publicum incrementum in timore Domini, & veritate suscipiat.

2 Cum

2 Cũ itaque lex ciuilis aliquid prohibet, oportet causam prohibitionis inspicere, an sit perpetua, vel temporalis, an contra mores, vel cõtra bonos mores, an sit merè ciuilis, vel de iure naturali, aut gentium: Hæc enim in suo recto sensu sunt respectiuè sinonima apud Legislatores, quàmuis non ità omnes iuris Interpretes percepissent. Agnouit autem inter alios genuinam eorum efficaciam. *Salern. cons.* 10. §. 2. *&* *seq. lib.* 1. quem refero *animaduers.* 13. *n.* 18. *p.* 1. quibus ibi congestis benè perpensis, facillimè diluitur controuersa illa difficultas, quando actus à iure ciuili prohibitus, possit iuramento firmari; eam tamen satis explanasse puto. *d. animaduers.* 13. *&* *animaduers.* 4. *p.* 1. vbi pro tollendis æquiuocis, & generali, ac infallibili regula constituenda, plurimùm laboraui; Obseruabam etenim generalitatem ipsius regulæ ab alijs traditæ pro resolutione cuiusdam casus specialis, in alio fallere, itaut quod ijdem authores tamquàm vniuersale docuerant, postmodùm destruebant. Quicquid autem sit de hoc.

3 Si causa sit primæ speciei, temporalis, vel contra mores, quod idem est, tunc scire debemus illam esse ciuilem, & rationem iuris ciui-

lis includere: quippè actus regulatur à sua causa. *Cutell. de don. tr. 1. disc. 2. par. 1. n. 17. & par. 12. n. 6.* idemque dico de lege, cuius causam primordialem finali iunctam, ad eius dignoscendam efficaciam inspicimus; & est cōmunis Theologorum, & Phylosophorum sensus, quòd omnis actus reguletur à fine, & ab isto sumat speciem sui constitutiui, & similiter malitiæ, vel bonitatis. Ideòque cum in propositis terminis ciuili inspecto inconuenienti, huic Legislator prouidere velit, prohibitio nō egreditur vltrà suam causam, vnde licèt actio
5 denegetur, remanet nihilominus obligatio naturalis, & hoc est quod ait. *Meroll. disp. 4. cap. 5. n. 245.* vbi voluit, actum ex rei natura valere, si lex prohibet actum, & non annullet effectum, quia causa prohibitionis non sit adeò
6 releuans. Exemplum habes in donatione inter patrem, & filium in potestate, quæ prohibetur ob implicantiam iuris ciuilis, eos reputantis vnam personam; Item in donatione inter virum, & vxorem, tamquàm contra ciuiles mores, nè mutuo amore se inuicem spolient profusa facilitate. *l. 1. ff. de don. int. vir. & vxor.* ibi: *moribus*, idest iure ciuili moribus recepto, vt exponit ibid. *glos.* Vnde quia ciuile obstat impe-

impedimentum, quando pater, vel coniux animo deliberato donaret, nullo dolo, vel fraude, nullaque intercedente donatarij astutia, naturalis consurgeret obligatio, itaut iure digestorum inspecto, nō posset reuocari, quandoquidem lex illa primariò vtilitati priuatorum prospexit, cui renunciare ijdem possunt.

7 Beneuerunt hodie de Iure *Codicis per l. donationes, quas parentes eod. tit.* non aliter firmas esse donationes huiusmodi statutum est, nisi silentio vsque ad mortem, eas donans habuerit ratas, itaut concedatur ipsi facultas reuocandi quod simpliciter donauerat. Dixi simpliciter,
8 nam ex causa, filio familias donatum valet, vt latè docuit. *Cutell. tot. ferè tr. 1. de donat.* & idē dicas de donatione inter coniuges, in casibus enumeratis in *l. si sponsus ff. de don. inter vir. & uxor.* & confirmatur ex decisione *Text. in l. si quidem C. eod.* Qua ratione itaque huiusmodi donationes non prohibentur, tamquàm contra bonos mores, sed quia contra mores ciuiles tātùm, & ob priuatorum vtilitatem, producunt
9 naturalem obligationem, reuocabilem tamen vsque ad mortem, ideòque iuramento confirmātur; cedit namque ratio ciuilis arctiori vinculo religionis, cum de se huiusmodi actus

non

non sint turpes, neque causam turpem contra bonos mores iuris gentium, aut naturalis redoleant. *Dec. in l. pacta quæ contra n. 6. C. de pact. & cons. 202. n. 2. Bar. in l. si quis pro eo n. 17. & ibid. §. item si filius à n. 1. ff. de fideius-*
10 *sor.* dummodò iuramentum præstetur in dispositiuis, cum aliàs in executiuis censeatur de stylo notarij appositum, non de voluntate contrahentium, iuxtà communiter receptam doctrinam. *Thesaur. iun. q. forens. cap. 53. n. 5. & 6. Marin. quot. resol. cap. 148. n. 10. & seq. lib. 2.* quos retuli *animadu. 3. n. 22. p. 1.* vbi *n. 23.* tradidi, contrariam opinionem *Barzij decis. 16.*
11 *n. 20.* procedere in contractibus non prohibitis, & qui non desiderent ad eorum subsistentiam; aut excludendas exceptiones, iuramento firmari. *Dec. cons. 305. col. 2. vers. & supradictis omnibus. Gabr. comm. concl. tit. de iuram. concl. 9. n. 3. & sequentib.*

Ratio est (vt dicebam) quia huiusmodi pro-
12 hibitiones respiciunt principaliter fauorem priuatum, cui contrahentes renunciare possunt. *l. pacisci 32. ff. de pact. l. si quis in conscribendo C. eodem. Seraph. de priuil. iur. priuil. 91. n. 4. Barbos. in c. ex conscientia n. 4. de crimin. fals. Fab. in C. lib. 1. tit. 9. def. 20. n. 14. in alleg.*

leg. & lib. 4. tit. 13. n. 4. in alleg. Caram. theol. fundam n. 1156. Cui demum tertia ratio copulatur, nam si aliter vellet Legislator, vltrà
13 progrederetur irritando ipsum actum, vnde de illius mente non tollitur ob solam prohibitionem naturalis obligatio; & quidem iustè, & rationabiliter nolit, nā quamuis Princeps possit ex iusta causa pænas imponere subditis, nō tamen ea cessante, & solo arbitrio sunt irro-
14 gandæ, aliàs sua abuteretur authoritate. *S. Th. de regim. Princ. lib. 3. cap. 11.* quem sequitur *Pisan.* frater noster *d. conclus. decisiu. n. 4. Dec. in c. canonum n. 74. 75. de constit.* tacit *Barbos. in c. 2. n. 4. de his quæ fiunt à maior. par. capit.*

Nec obstat generalitas text. in *l. non dubium. C. de legib.* quam etiam *adducit Meroll. de leg. disp. 4. cap. 5. à n. 247. tom. 2.* quandoquidem dispositio illa quantumuis generalis, restringi-
15 tur per leges particulares specificè disponentes, vt in relatis terminis censuit. *Rot. R. in tit. de appell. in nouiss. decis. 46. n. 7. Suar. lib. 5. de leg. cap. 29. n. 5. Laym. lib. 1. de leg. tr. 4. cap. 16. n. 3. vers. ad tertium respondeo.* quod generale est, vt dispositio secunda deroget primæ, etiam in pænalibus, nisi posterior sit compati-
16 bilis cum prima, & ambo absque repugnan-

cia

tia concurrant ad vnum, eumdemque finem; vt ex quàmplurimis docuit. *Giurb. conf. 25. à n. 25. ad fin.*

Sub prædicta principali regula continetur obligatio mulieris pro alio intercedentis, naturaliter enim teneretur ipso iure, licèt posset
17 per exceptionem S. C. Vell. liberari, nisi accesserit iuramentum, quia tunc in vtroque foro denegaretur exceptio, neque hæc absolutè procedūt, quandoquidem vltrà prædictam exceptionem de iure Digestorum indultam, de Iure Codicis tandem est constitutum, vt nisi publico instrumento, ac tribus testibus subsignato intercedat, talis obligatio nulla sit ipso iure. *l. antiquæ §. nec autem C. ad sen. Conf. Vell.* ibi: *Sin autem extrà eamdem obseruationem mulieres acceperint intercedentes, pro nihilo habeatur huiusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tamquàm nec confecta, nec penitùs scripta, vt nec Senatus consulti auxilium imploretur; sed sit libera, & absoluta, quasi penitùs nullo in eadem causa subsequuto.*

Qua hodie stante dispositione, ad exceptionem, & beneficium huius *Sen. Conf.* recurrimus, si sollemniter vt supra, mulier se obligasset. *gl. & Bald.* ibid. Voluit enim *Iustinianus*

per

per hanc legem ampliare antiquam dispositionem Sen. Conf. ob fragilitatem sexus, faciliùs enim mulieres sine instrumento obligãtur, at vbi coram tabellione, & testibus intercedant, adhuc pristino iuuentur legum auxilio.

Insuper pro complemento principalis membri nostræ superiùs positæ distinctionis, ani-
18 maduertas, non eadem mensura procedere beneficium S. C. Macedoniani, filio familias indultum, quandoquidem hoc ab ipso renunciari nequit. *Glos. in l. tametsi ff. ad S. C. Maced.* vbi *Bar.* sequendo glosam, rationem reddit, quia non in sui fauorem (prout respectu mulieris, Velleianum) sed in odium mutuantium prodijt, vnde simplex renunciatio non obstat.

Si tamen iuramento interposito renunciaretur, illud esset obseruandum, sed non proindè pactum de restituendo pecunias mutuò acceptas confirmaretur, vt contra Innoc. docuit idem *Bar. in l. si quis pro eo n.* 10. *ff. de fideiussor.* quod sanè valdè notandum est ob diuersitatem effectus, mirabiliter resultantis. En verba. *Bart. hoc est magni effectus propter multa. Primò quia statim cum ego obseruaui iu-*

ramentum meum, ego sum absolutus à iuramento meo, & apud creditorem res remanebit sine causa, & ideò poterit ille, qui iurauit, petere quòd liberetur, vel absoluatur à iuramento, si remaneret obligatus, vel poterit agere contra creditorem condictione sine causa. Exemplum, quando quis iurauit se soluturum vsuras, quod pactum est prohibitum odio creditoris, si istud pactum potest impleri soluendo, & si impleatur, poterit debitor repetere. Sed si non haberet implementum, vt si iurasset non repetiturum, si non potest impleri totaliter, peteret debitor se absolui ab illo iuramento, vt in c. debitores extra de Iur. iur. Et ideò dico quòd si filius familias renunciaret Macedoniano, quòd ipse posset soluere propter timorem iuramenti, & postea condicere, vel posset petere se absolui ad cautelam. Idem dico in omnibus contractibus prohibitis odio vnius partis tantùm &c. hæc ille. Ratio autem generalis est, quia turpitudo versatur tantùm ex parte vnius, cuius odio lex improbat actum. post alios. *Barb. in c. in malis de reg. iur. in 6.*

Manifesta quippè prædicta sunt legenti caussam, ob quam prodijt Senatus Consultum; fuit enim ad vitanda scelera filiorum, qui ęre
10 obruti alieno, cum non haberent vnde soluere,

re, nisi ad eos paterna hæreditas peruenisset; parricidia sæpius patrabant; vnde nè filijs sint malo exemplo mutuantes, statuit Senatus, vt neque ijs factis patribus familias, & sui iuris, creditam pecuniam valeant omninò exigere. *l. 1. vbi gl. & Doctores ff. ad S. C. Maced.*

Hoc Senatus Consultum putant alij fuisse factum tempore Vespesiani Imper. alij à Claudio Nerone, Ego verò puto aliud fuisse tempore Neronis, ac istud, quod habemus in corpore iuris, cum *Tacitus lib. 11. annal.* dicat: *Et lege lata sæuitiam creditorum coercuit, nè in mortē* (sæuitia nō esset, si in tempus mortis) *parentum, pecunias filijs fam. fænori darent.*

Ex quibus verbis patet potiùs creditores mortem indè machinasse, quàm filios. Vt cūque verò res sit, dabatur occasio captandæ
21 mortis, quod naturæ repugnat, & fuit indè Iure Pontificio damnatum in *c. detestanda de concess. præb. in 6.*

Ex hoc autē Sen. Consulto, quod habemus, datur actio creditori, quia naturalis obligatio
22 non tollitur ipso Iure à lege, immò illam cōsurgere agnouit. *Paulus in l. quia naturalis ff. eod.* sed hæc actio non est omninò efficax, & cum effectu, quia per eamdem *l. 1.* paratur

 filio

filio peremptoria exceptio. Quòcirca noluit lex immediatè exonerare filium, sed mediatè per sententiam Iudicis, quæ post exceptionẽ sequatur, & est quidem alius modus, quo lex, siuè Princeps sæcularis potest auferre ius vni,
23 & alteri dare. Itaque cum ipso iure teneat obligatio, licitè in vtroque foro petet creditor; at quia parata est debitori exceptio, etiam licitè opponit; sententia demùm dirimit quęstionem, constituendo vnum in bona, alterum in mala fide, & conscientia. Videas *Meroll. disp.* 4. *cap.* 5. *dub.* 14. *sub. n.* 203. *vers. ad quam, & dub.* 20. *n.* 285.

Ex quibus detectum habes errorem quo-
24 rumdam Theologorum apud *Bonacc.* quem sequitur. *Trullench. lib.* 7. *Decal. cap.* 19. *dub.* 1. *n.* 5. certant enim an sit sublata, nec nè naturalis obligatio per *d. l.* 1. & concludendo negatiuè, obligant filium familias ad restitutionem absolutè, & putant quòd lex procedit in foro externo, quod est vnicum refugium, vbi ipsi non intelligunt. At leges nostræ agnouerunt naturalem obligationem, & modo iã dicto omnibus prouiderunt. Concludo igitur quòd prohibitio ciuilem habens causam, naturalem non tollit obligationem, & illi potest

re-

renunciari, cum sit introducta ob priuatorum fauorem; secùs si in odium alterius ex contrahentibus, vel superiorem causam redoleat.

Et hæc dicta sint quò ad primum membrũ dictæ principalis distinctionis; cætera in hac materia videas apud leges, & Doctores in dictis binis tit. Maced. & Velleian.

Si tamen causa prohibitionis sit secũdæ speciei,
25 resultans nempè à iure naturali, vel gentium, contrarium est omninò dicendum, nam eo casu nedùm prohibet, sed resistit, & siuè prohibitio in personam, siuè in rem feratur, semper committit cõtrafaciens culpam theologicam, nec est in potestate contrahentium huiusmodi legi renunciare, etiam interposito iuramento; hoc enim religionis, non iniquitatis est vinculum, ideòque actum aliàs turpẽ
26 nequit reddere licitum. Scripsi *animadu.* 3. *à n.* 17. *animadu.* 4. *n.* 5 9. 49. 53. 57. 58. & 60. & *animadu.* 13. *n.* 46. 51. 56. 60. 104. *p.* 1. quibus addo. *Caram. theol. fundam. n.* 966. *Bar. in l. si quis pro eo n.* 7. *ff. de fideiussor.* turpe autem nõ esset, nisi culpam theologicam supponeret, nam (vt dicebam) si tantùm causæ ciuili hæreret, vtique obligatio consurgeret iuramenti virtute. Theologicam autem dico

ad

ad differentiam iuridicæ, & externæ, quam aliqui Theologi putant incurri.

ANIMADVERSIO QVATA.

Lex actum annullans primariò fauore publico, vel etiam secundariò, si prorsus sit indiuisibilis à priuato, naturalem tollit obligationem, & illi nequeunt contrahentes, etiam respectu ipsorum cessante fine legis, iuramento renunciare. Idem si clausulam irritantem contineat, aut inhabilitentur ad contrahendum.

Summarium.

1. *IVramento non confirmatur actus contra legem fauore publico latam. & n. 11.*
2. *Lex fauore publico lata ligat in conscientia. ampl. n. 4. 5. 6. 8. 9. & 10. declar. n. 7.*
3. *Non potest iuramento renunciari.*
5. *Potest reddere ad contrahendum inhabiles. & n. 11. & 13.*
11. *Fideiussor datus in contractu nullo, non obligatur. declar. n. 12.*

Ex-

EXplicito casu legis prohibentis, alios aggredior, vt facilius hac disciplina percepta, labyrintum euadere aliquando possimus.

Aut igitur lex actum annullat ob causam
1 primario respicientem fauorem publicum, aut fauore priuato, subsistente tamen causa iuris naturalis, doli nempè, vel metus; & tunc neuter ipsorum producit obligationem, neque naturalem, immò iuramentum nequit actum huiusmodi conualidare. Quandoquidem in primo sensu huius conclusionis (in secundo namque res est clara) certum est quòd
2 subditi tenentur legibus publico fauore latis, parere, cum non possit homo solus in societate viuere, aliorum mores non gerens. *c. quisquis dist. 41. c. in noua actione 16. q. 7.* ibi: *nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt. gl. ibidem vers. nec habitu:* ibi: *quia quilibet confirmauit se moribus eorum, inter quos viuit. D. Th. 1. 2. q. 95. art. 3. in corp. & q. 92. art. 1. ad 3. Caram. theol. fundam. n. 637. & 1156. Ioseph. Ianuar. resol. moral. p. 1. resol. 15. præsertim n. 11.* & expressius *resol. 64. per tot.* in fortioribus terminis *Meroll. disp. 4. cap. 3. n. 632.* nec in cuiusque

est

est potestate eis renunciare, cum potiùs hoc esset dissoluere Rempublicam, & iuri natu-
3 rali, ex dictis in præcedentibus, contraueni-
re; proindè iuramentum renunciationi accedens, nihil plus operatur, immò ex hoc dicitur præstitum contra bonos mores, & non obligatorium, quia se opponit iuri naturali, iuxtà quod nemini licet humanam scindere societatem, irridendo legibus ad vtilitatem publicam principaliter conditis. *c. non est obligatorium de reg. iur. in 6. c. si diligenti, & ibi gl. vers. iuramentum*, cum ibi notatis, *de for. compet. l. nec ex prætorio, & l. neque pignus in fin. de reg. iur. Bar. in l. si quis pro eo à n. 7. ff de fideiussor. Abb. in c. si diligenti n. 4. de for. compet. Nauarr. & Armendaur. apud Barb. in d. c. si diligenti n. 5. Seraph. de priu. iur. priu. 76. n. 3. Guttierr. in repet. l. nemo potest n. 473. & 474.*
4 *de leg. 1.* vbi docet, idem procedere, si secundariò lex respiciat fauorem publicum, qui tamen sit prorsus indiuisibilis à priuato; cũ qua intelligentia extricaberis ab inuolucro quæstionis agitatæ apud *Iason. in d. l. nemo potest n. 81. & seq. in 1. lectur. & n. 22. & seq. in secunda lect.* vbi voluit non posse renunciari legi respicienti etiam secundariò fauorem publi-

blicum, quod etiam habes apud *Mut. ad Conf. Pan. cap. 31. n. 66.*

5 Prædictorum autem est ratio, quia potest sæcularis potestas ob bonum Reipublicæ etiã secundarium, dummodò sit indiuisibile vt supra, contrahentes reddere ad contrahendum inhabiles, & si naturali iure inspecto essent habiles; & similiter cõtractus iure naturali alioquin subsistentes iusta de causa prohibere, vel etiam infirmare, vel irritare. *Bassæus in suppl. ad flor. theol. pract. verb. lex. 2. n. 25. fol. 494. Less. lib. 2. de Iust. & iur. cap. 42. dub. 12. n. 55. & seq. & cap. 17. dub. 4. n. 19. & 20. eod. lib. 2. Caram. Theol. fundam. n. 1567. 1569. & 2091. 2092. & alibi. Trullench. lib. 7. decal. cap. 16. dub. 2. n. 2.*

In quo sensu accipiendi sunt *Dec. in l. pacta quæ contra n. . C. de pact. Ias. in l. non dubium n. 8. C. de legib. & in d. l. pacta quæ contra n. 2.* vbi volunt, non operari consensũ, si lex apponat clausulam irritantem, quia tunc inhabilitantur contrahentes, nè ad actum procedant; quo fit vt lex in odium alicuius particularis lata, includat inseparabiliter fauorem publicum.

Nec obstat quòd nonnulli ex Theologis volue-

luerint valere actum in conſcientia, ſi finis legis, vt ſibi fingunt, ceſſet reſpectu contrahētium; nam Reſpondeo quòd legis fauore publico latæ, finis adequatus ceſſare nequit, & ſi ceſſet reſpectu contrahentium; ideòque qui-
6 uis actus contrarius repugnat ipſi legi, cuius finis adhuc ſubſiſtit reſpectu totius communitatis. *Caram. Theol. fundam. n. 637. Clauis Reg. in compend. p. 1. cap. 7. verſ. dicendum ſecundò fol. 64. Abb. in c. quia plerique n. 39. erga fin.* ibi: *aut ratio legis non eſt expreſſa, & tunc ſi poteſt naturaliter, & indubitanter vnica præſumi, & nulla alia, debet lex ſeu diſpoſitio reſtringi ad limites illius rationis*, vt notat *Cyn &c.* ſecùs ſi ratio legis ſit generalis, vt poſt *Suar.* docuit etiam *Meroll. diſp. 4. cap. 5. dub. 17.* præſertim *n. 231. tom. 2. Ioſeph Ianuar. reſol. mor. p. 1. reſol. 15. n. 7. & ſeq. Sanch. Molin. Reginald. Rebell. Anguian. Becan. Coninch. Laym.* & alios quàm plures theologos, & iuriſtas refert, & ſequitur *Eſcob. de vtroq. for. in initio n. 2.* quam doctrinam in fortioribus terminis docuit. *D. Th. 1. 2. q. 69. ar. 6. Suar. lib. 6. de leg. cap. 7. n. 10. Salſed. de leg. pol. lib. 2. cap. 5. n. 17. & ſeq.* vbi habetur, tunc licere à lege ſuperioris lata pro communi bono, recedere,
cum

7 cum actus emergat, cuius obseruantia Reipublicæ sit damnosa, & subitum vrgeat periculum, quod Principem non permittat adire, aliàs enim is est consulendus, quia ad eum spectat quid sit vtile, vel inutile interpretari. Idem probat. *Caram. vbi supr. n.* 1058. ibi: *nec prudentiam vrgentem.*

Confirmantur prædicta, nam quando lex prohibet, quæ de se sunt mala, vel malis hominibus mali patrandi præbere possunt occasionem, tunc stante prohibitione, actus celebratus, etiam præcisa quacumque malitia,
8 vel fraude, est nullus, nullamque producit obligationem tùm ciuilem, tùm naturalem. Aliud est quippè legem fundari in præsumptione, aliud Legislatorem ad occurrendum illicitis prohibere, quæ de se non sunt mala, sed malis hominibus possunt ad mala perpatranda deseruire.

Qui igitur celebrauerit actum huiusmodi prohibitum, non erit exemptus à fine legis, sed sub ea comprehensus illicitè, & damnabiliter operabitur, non ob malitiam, (quia supponimus in eo non existere) sed ob prohibitionem, ad quam inducendam sufficiens est fundamentum, occasio, quam actus tribuere.

potest improbis ad malè agendum. Post *D.Th.* 2. 2. *q.* 169. *ar.* 2. *ad* 4. *Emin. de Lugo de Iust. & iur. disp.* 28. *sect.* 8. *n.* 3. *Merend. de cambio nundinal. cap.* 3. *n.* 42. latè probat eximius Theologus. *P. Mag. Minutolo Sacri ordinis Prædicator. in tract. de contr. illic. bona fid. celebr. p.* 1. *art.* 4. *per tot. Bassæus supplem. ad flor. theolog. pract. verb. pactum sub n.* 8. *vers. nulla sunt fol.* 611. *Ioseph Ianuar. vbi supr. resol.* 15. *n.* 16. *& seq. Meroll. d. disp.* 4. *cap.* 5. *dub.* 17. *sub n.* 231. vbi ait in casu prædicto legem non fudari in præsumptione, qua cessante (vt supponimus)
9 in indiuiduo, cessare lex quoque debeat; sed in certa scientia periculi, cui vult obuiare; ad cuius confirmationem addit, quòd præsumptio propriè considerata, se refert ad casum particularem, at leges, ità generaliter disponentes, de nullo facto particulari præsumunt, sed tantùm considerato periculo in generali, inhabilitant contrahentes, vel contractum annullant; *Ias. in l. nemo potest n.* 29. *ff. leg.* 1. omninò videndus *Escob. de vtroq. for. in init. n.* 2. *&* 94. *& ar.* 1. *n.* 13. *&* 14. ideòque cũ de periculo habeant certitudinem, in certa scientia, non in præsumptione fundantur; Quicquid sit an verè in particulari, & in indi-

uiduo

10 uiduo illud malum, ſiuè fraus interueniſſent, nec nè; Communitati quippè, & ſingulis, non vti ſingulis, ſed vt compartibus communitatis, imponitur lex, & ſic bonum commune aptitudinale reſpectu ipſorum eſt entitas legis, cui tenentur obedire vt compartes; quòadusque enim indiuidui non deſinunt eſſe cõpartes communitatis, à cõmuni lege exemptari nequeunt. *Ioſeph Ianuar. d. reſol.* 15. *n.* 11.

Et hæc dicta ſint ad intelligentiam legis ciuilis annullantis actus fauore publico. Quando verò contingat annullari ob priuatorum vtilitatem, etiam ſi cauſa non trahat originem à malo intrinſeco prohibito à Iure naturali, ſi tamen vltra nullitatem indictã addatur clauſula irritans, neque obligationem producit; quamuis enim vt in præcedenti *anim.* dicebã poſſit quis fauori ſuo renunciare, nihilominùs ſtante clauſula irritante videtur inhabilitatus ad contrahendum, ideòque lex ei reſiſtit, auferetque conſenſum, nè ad illum actum deueniat. addo *Fagund. de contr. in gen. lib.* 1. *cap.* 4. *à n.* 4. *Anguian. de leg. lib.* 3. *contr.* 7. *n.* 16. vbi per totam controuerſiam hanc doctrinam nititur declarare, ſed nihilominùs in multis ab eo diſſentio, præſertim in ſollemnitatibus,

quas

quas dicit esse de accidentibus, non de substantialibus actuum, & pariter displicet intelligentia, quam ipse tradit ad *Tex. in l. non dubium C. de leg.*

Siuè igitur expressè quis prohibeatur contrahere, siuè implicitè, vt quia contractus gestus irritetur, nulla consurgit obligatio, neque potest Iuramento firmari, cum istud sit accessorium contractui gesto ab eo, à quo est sublatus consensus. *Fagund. ibid. n.* 11. *Bonacc. de leg. disp.* 1. *q.* 1. *p.* 7. §. 5. n. 4. *Sancius lib.* 6. *decal. cap.* 12. *n.* 10.

Et similiter eadem ratione nec datus fideiussor tenetur, cum fideiussio non accedat contractui nullo ex hoc capite. *l. non dubium C. de deleg. Bart. in l. si quis pro eo n.* 9. 11. *ff. de fideiuss. Mut. ad Consf. Pan. cap.* 31. *n.* 66. 67. *Caram. theol. fundam. n.* 973. *vers. ego quidem, & n.* 938. *Less. de Iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 12. *n.* 56. *Bassæus in suppl. ad flor. theol. pract. verb. lex secundò n.* 25. *fol.* 494.

Prædicta tamen de fideiussore declara vbi de iure communi, non autem de iure speciali, & ex vi priuilegij personalis principali cõtrahenti concessi, inducatur nullitas. Item declara nisi vt principalis se obliget fideiussor,

ſor. *Seraph. Mareſcott. Gratian. & alij apud Groſs. in Cap. 78. Reg. Carol. Inſp. 2. q. 46. à n. 13.*

Beneuerùm aduertas, quod ſi iure ſpeciali contractus irritetur, non ob aliquod priuilegium principalis obligati, ſed in odium creditoris, tunc fideiuſſoris obligatio nulla eſt ipſo iure. Puta ſi ſtatutum prohibeat nè à ſeruis, vel ancillis bona mobilia emantur; quia tunc emptores interdicuntur contrahere, & in ipſorum odium principaliter conditum eſt ſtatutum, provt etiam ſi res, vel negotium prohibeatur in contractum deduci. Ideòque cum inhabilitentur contrahentes, nullam poſſunt actionem, vel obligationem acquirere contra fideiuſſorem, qui prorſus accedit contractui nullo; & iuſtè quidem fideiuſſor eſt abſolutus, nè aliàs odium emptoris à ſtatuto conſideratum, ipſimet, in aliorum pernitiem, vtilitatem paret, & hic eſſet caſus conſideratus à Legislatore in *l. cum lex 47. ff. de fideiuſſor.* quem textum exornat *Bart. ibid. & in l. ſi quis pro eo ff. eod. tit. Mut. ad d. conſ. Pan. Cap. 31.*

Et prædictorum eſt ratio, quia in caſu propoſito ius illud ſpeciale, ſiuè ſtatutum diſponens

nens in odium alterius ex contrahentibus, habet pro obiecto primario vtilitatem publicam, & pro istius conseruatione procedit.

ANIMADVERSIO QVINTA.

Actus omissa sollemnitate à lege ciuili praescripta, in conscientia non ligat.
contra Anguian.

Summarium.

1. *Consensus inducit obligationem spreta sollemnitate iuris ciuilis. contr. n. 2. 3.*
2. *Sollemnitates pro forma omissæ reddent actum nullum. non possunt impleri per æquipollens, nec iuramento renunciari. n. 3. 5. & 6. lim. n. 4. & 7. declar. n. 8.*
4. *Principis actus valet sine sollemnitatibus.*
9. *Nullitas contrahitur etiam cessante fraude.*
10. *Lex obligat virtute intrinseca, quatenus deriuatur ab æterna.*

1 AD obligationem inducendam in foro interiori, putarunt aliqui sufficere cōsēsum præstitum nullo dolo, metuue extortū.

Cum

Cum enim de iure naturali, & gentium nil aliud vltra deliberationem animi requiratur, hæc si interueniat, naturalem producit obligationem, quæ nihil commune habet cum sollemnitatibus à Iure ciuili requisitis, tamquã ad actionem tribuendam in foro fori spectantibus. *Anguian.tr. de legib. lib. 3. contr. 7. n. 14.* (vbi confundit accidentia, cum sollemnitatibus pro forma, & ad substantiam actus requisitis.) Nullitas proindè mera causa ciuili inducta, iuxtà regulam à nobis traditam, *animadu. 3. n. 36. & seq.* non obstat in foro cõscientiæ, cum sponte, certoque, ac deliberato iudicio ad contractum partes deuenisse supponimus.

Verùm his non obstantibus contrarium teneas duplici ratione. Prima, quia quando lex
2 præcipit certas sollemnitates pro forma, tunc ejs omissis, nulla consurgit obligatio; cũ enim forma ponat rem in esse, ea deficiente nihil videtur actum. Secunda, quia sollemnitates requisitæ à iure pro forma, censentur inductæ principaliter fauore publico, cui partes renunciare nequeunt, immò quod plus est, nec iuramento supplere, forma namque non potest
3 suppleri per æquipollens, nè alias videantur

contrahentes legibus irridere. sunt expressi tex. in *c. si diligenti* § 1. *de for. comp. c.* 2. *de maior. & obed. l. non dubium C. de legib.* & post *Bald. Ias. & Guttierr.* scripsi *animadu.* 13. *n.* 47. & 48. *p.* 1. quibus addo *Bar. in l. si quis pro eo n.* 8. *ff. de fideiuss. Felin. Dec.* & alios relatos apud *Carol. de Grass. de effect. cleric. effect.* 2. *n.* 355. *Abb. in d. c. si diligenti n.* 4. *de for. compet. Ruin. cons.* 46. *n.* 10. *lib.* 5. *Meroll. d. disput.* 4. *cap.* 5. *dub.* 19. *à n.* 269. *Delben. de oblig. iur. promiss. cap.* 2. *dub.* 36. *n.* 65. à qua generali regula excipitur solus Princeps, qui
4 de plenitudine potestatis, solutus est ab obseruantia sollemnitatis, communiter ordinatæ. *Cutell. de don. tr.* 1. *disc.* 2. *par.* 6. *n.* 24. *& sequentib. Meroll. disp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 47. *sub. nu.* 639. *Less. de Iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 35 *dub* 5. *Zas. lib.* 2. *consil.* 1. *n.* 22. *tom* 6. *fol.* 87.

Penetralis autem omnium est ratio, quia vt in superioribus probaui, Principis est subditorum mores componere, eisque leges condere, quibus fœlicius, & perfectius Respublica
5 ca gubernetur, iure naturali dictante; quibus addo *Pisanum conclus. decisiu. n.* 3. & 4. ideòque legibus illis contrauenîens naturalem ip-
6 sam rationem euertere videretur, quod quam im-

improbũ ſit, & abominabile de ſe patet. *Bar. in l. cum lex 47. n. 4. de fideiuſs.* Vide quæ ſcripſi *animadu.* 4. *à n.* 20. *ad* 27. *p.* 1.

7 Limitatur principalis concluſio, primò, ſi ſit primariò inducta fauore priuato, vt de iuramento teſtis, cui partes renunciare poſſunt, docuit *Iaſ. in l. nemo n.* 39. *de leg.* 1. *Ruin.* vbi ſupra *Gabr. com. concl. lib.* 6. *de clauſ. concluſ.* 3. *n.* 23. *& ſequent.*

Secundò limitatur ſi forma non reſpicit mo-
8 dum, ſed effectum, hoc enim caſu poteſt impleri per æquipollens, quo ſaluus ſit effectus à lege, vel ab homine conſideratus. *Ruin. conſ.* 47. *n.* 9. *lib.* 1. vbi ait ſatisfieri ſtatuto, requirenti quatuor teſtes in contractibus minorum, & vnum ex illis conſanguineum, nè minor decipiatur, ſi quatuor teſtibus extraneis adhibitis, conſanguineus intercedat vti fideiuſſor; hic enim non ſuſciperet in ſe obligationem, niſi contractum recognoſceret vtilem fore ſuo conſanguineo. Secus autem eſſet ſi ſtatutum per modum conditionis exigeret ſollemnitatem ad validitatem contractus, nam ea omiſſa vitiaretur.

Verùm nè decipiaris, confundendo nullitatem contractus abſolutè indictam à lege, &

ſollemnitatem ab ea requiſitam; quandoquidē nullitas fauore publico ſtatuta, non eſt ſanabilis quàmuis nulla fraus cum effectu intercedat, ſatis enim eſt quod Legislator nullum
9 pronunciauerit contractum, qui licèt non ſit de ſe malus, poteſt malis hominibus præſtare occaſionem patrandi malum, iuxtà regulas traditas in proxima ſuperiori animaduerſione, vbi de nullitate contractus differebam ex authoritate *P. Mag. Minutoli Baſſæi, & aliorum.*

Non obſtat proindè quod dixeram *anim. præced.* de prohibitione legis cauſam ciuilem præferentis, longe namque differt prohibitio ibi enunciata cum hoc præcepto adhibendi ſollemnitates in actu, vel illum annullando ſi certa deficiat forma. Item ſe decepit *Anguian. loc. cit. in princ.* vbi voluit quòd ſollemnitates reſpicientes modum, referantur ad accidentia, non ad ſubſtantiam actus, & ſic non incurratur nullitas eis omiſſis; quandoquidem contrarium conſtat ex dictis, immò ex contraria opinione *Anguian* plura ſequerentur abſurda, & qui timore conſcientiæ à malo abſtinere deberent, putarent ſe tutos, contra verò iudices viderentur decidere contra dictamen rationis, & ſpoliare bonis eos, qui veri domini

apud

apud Deum, & homines censerentur.

Ex quibus omnibus à primo ad vltimum vides quòd leges ciuiles obligant in conscientia
10 non authoritate Legislatoris extrinseca, sed ex virtute intrinseca ipsius legis vti deriuantis ab æterna, & cum ista participantis, vt omnium antesignanus docuit. *S. Th.* 1. 2. *q.* 91. *art.* 3. *in corpor.* quem sequutus tutum iter habebis.

ANIMADVERSIO SEXTA.

Agens contra legem ciuilē annullantem, an absolutè peccet in ipso actu, vel potiùs cùm illo vtatur? Bonæ fidei possessor qualiter teneatur restituere fructus? si sit malæ fidei, tenetur ad rei æstimationem, perijsset nec nè penes dominum; siti quoque tenetur ad maius pretium. *Contra Lessium.*

Summarium.

1. *Contrahens contra legis dispositionem an peccet in ipso actu? n. 2. 3. & per tot.*

4. *Subditi tenentur obedire superiori. & n. 33. & 53.*

5. *Prin-*

5. *Principis munus est componere mores subditorum.*
6. *Malitia actus in quo consistit? & n. 8. & 9.*
7. *Iuramentum non firmat actum, cui lex resistit.*
11. *Contemptus formalis addit nouam malitiam.*
13. *Ex actu nullo non transfertur dominium.*
14. *Discrimen inter actus nullos à Iure positiuo, & de se turpes; & de alijs differentijs contractuũ prohibitorum. & n. 15. & supr. n. 10. 11. 12. & de nullitate fauore publico, vel priuato, n. 52.*
16. *Sententia iudicis declaratoria retrotrahitur ad initium actus.*
17. *Possidens ex actu nullo an, & quando teneatur resilire à possessione? n. 18. cum plur. seq.*
21. *Venditio rei subiectæ fideicommisso ex quibus sustinetur? n. 22. & 23.*
23. *Hæres non recuperat bona propria à suo authore alienata.*
24. *Emptor rei subiectæ fideicommisso, vel alteri post certum tempus debitæ, quando teneatur ad fructus? n. 25. 26. data scientiæ non repetit pretium. n. 29. 30. 31.*
26. *Interpellatio data scientia non requiritur. & nu. 32.*
27. *Morosus non est habens iustam causam litigandi. & n. 28.* 31.

33. Scientia præsumitur supposita notitia instrumenti.
34. Lex ciuilis detrahit, & addit iuri naturali. attendenda est in materia restitutionis. 35.
36. Possessor bonæ fidei qualiter facit fructus suos, & tenetur illos restituere? & n. sequentib.
46. Emptor rei furtiuæ amittit pretium. decl. n.47. sub declar. n 48.
49. possessor malæ fidei tenetur etiam si casu res pereat. declar. n. 50. & seq.

ASpera quandoque visa est superior tradita disciplina, atque ita grauibus inuoluta difficultatibus, vt qui agnouerint solidũ illud principium, quod virtus humanæ legis sit in conscientia obligare, nihilominùs sibi ipsis contradicendo, forum tantùm exterius afficere, vbi illius efficaciam, non attigissent, absolutè conclusérint. Verùm erunt aspera in vias planas, si theoricam vsque modò explicitam, sequentibus regulis declarabis.

Sit igitur prima regula, quod si lex præci-
1 pit, vel prohibet iuxta terminos relatæ distinctionis *animaduersione tertia*, *& quarta* tunc in ipso actu a contrafaciente committatur peccatum veniale, aut mortale pro grauitate

ma-

materiæ, circa quam præceptum, siuè prohibitio legis versatur. Idemque procedit, si inhabilitantur contrahentes, vel nullitatis causa sit virtus naturalis opposita, cuius contrarium turpitudinem moralem inuoluat, aut demum personæ præscribitur, vt sine certa forma substantiali, siuè sollemnitate cõtrahere nequeat, hoc enim casu censetur aliàs ad contrahendũ inhabilis. *Meroll. d. disp. 4. cap. 5. n. 229. & seq. & n. 275. Bar. in l. cum lex n. 4. & seq. & in l. si quis pro eo n. 9. ff. de fideiussor.*

Si verò nullitas sit inducta fauore publico, quàmuis oppositum ex rei natura non sit tur-
2 pe, & similiter ex causa non seruatæ sollemnitatis pro forma, feratur non in personam, sed in ipsum actum, tunc ita contrahentes nõ peccant in ipso actu, sed in illius exercitio, cũ demum eo vti velint. Post hæc scripta visus. *Joseph Ianuar. resol. moral. 65. à n. 32. p. 1.*

Ratio discriminis est, quia in primo sensu vis legis, eiusque principalis finis ad hoc porrigitur, nè contrahentes contra legem tàm iusta causa latam, aliquid agant; ideòque actũ
3 celebrando contra superioris mandatum, eiusdem lædunt authoritatem (cui ex præordinatione Diuina obedire tenentur,) & similiter

bo-

bonum commune à lege prospectum. Supposita namque inhabilitate, & prohibitione in contrahentes directa, isti rapere videntur consensum eisdem à lege ablatum.

Quippè constat ex dictis quòd subditi in
4 materia suæ subordinationis teneantur superiori obedire; ad Principem autem spectat mores populorum dirigere, eorumque exter-
5 nis actibus imponere leges, quibus perfectiùs instituatur publicum bonum; ideòque deficit in subdito recta ratio operandi, statim ac cõtraueniendo legi, hanc suis actibus audeat impugnare; quapropter deficiente rectitudine in obiecto volito, actus iste voluntatis nequit enodari à malitia actuali obiectiua, quæ consi-
6 stit in actuali resistentia in legem, atque hinc est quod ait Apost. *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit;*

Etenim pugnat cum lege resistente, sibique attrahit interdictum consensum, quod quia supponit radicaliter culpam theologicã,
7 & moralem turpitudinem, non potest iuramẽto firmari, vt in superioribus dixi. Vnde *Caram. theolog. fundam. n.* 1058. ait, quòd ratio peccati non consistit in oppositione actus, &
8 virtutis, sed actus, & legis, & n. præcedenti

M re-

regulam ponit his verbis: *qui legem obligatoriam non seruat (nimirum in materia suæ subordinationis, nec contra Deum, nec prudentiam urgentem, possibilem, & sibi notam) peccat. Azor. instit. mor. t. 1. lib. 4. de peccatis col. 293. & 294.*

Verùm quando prohibetur, vel annullatur actus à Iure ciuili, tamquàm virtuti naturali oppositus, vel ob eamdem causam quis inhabilitatur contrahere, non incurrit contrafaciens plura peccata, ex quo agit contra plura
9 præcepta, naturale videlicet, Diuinum, & humanum, non enim distinguuntur peccata specie, vel numero per ordinem ad diuersa præcepta, si hæc ex eodemet motiuo procedant. *Bonacc. de peccat. disp. 2. q. 4. punct. 3. propos.* 2. quicquid dicat *Meroll. d. disp. 4. cap. 2. sub num. 28.*

Si verò versemur in secundo membro superiùs traditæ distinctionis, dixi quem non
10 peccare in ipso actu, sed in illius exercitio, nam in sensu proposito lex actui principaliter prospicit, nullumque declarat, ac si moraliter factum non esset. Vndè cum primùm reduceretur ad exercitium, Principis læderetur authoritas, nam antea remanet salua, ob pœnam

nul-

nullitatis impositam, quæ publicum, priuatumue tuetur bonum, nisi ex proposito inter-
11 cedat contemptus, qui solus sufficeret ad incurrendum peccatum. *Less. de Iust. & iur lib. 2. cap. 46. disp. 6. n. 46. Bonacc. de peccat disp. 2. q. 3. punct. 5. propos. 2. à n. 6. & n. 16.*

Altera quoque inter casus prædictos ratio discriminis copulatur, quia in primo sensu
12 actus, eiusque effectus indiuisibiliter coniũguntur ad oppugnandam legem; in secundo verò successiuè, ideòque successiua conueniunt remedia, vt nempè primò censeatur nõ factus, secundò vt qui illo vtatur, culpabili-
13 ter agat; actus enim nullus nullum ius tribuit, neque transfert dominium. *Meroll. d. disp. 4. cap. 5. n. 253.*

Et tandem alia occurrit ratio, quia cum nullitas imponatur à lege post factum, & in rem, non in personam verba legis dirigantur, non
14 potest dici quòd agens in ipso actu peccet, quandoquidem pæna nullitatis in propositis terminis persequitur actum iam gestum, non personam agentem. Hæc igitur est differentia inter actum per se, & de sui natura prohibitum, & actum de Iure positiuo, modo dicto, nullum; nam primus casus includit im-

potentiam, & inhabilitatem moralem contra-
15 hentium iuxtà præceptum, vel similiter ma-
teriæ incapacitatem; vt in terminis *d. l. cum lex vbi Bar. ff. de fideiuss. cum concordantib.* Se-
cundus verò cum indè sit agentium volunta-
te completus, secum attrahit legis ministeriũ,
vt quod physicè existit, infectum moraliter
reputetur, & sic consequenter ad ipsum actũ.
Vnde *Bonacc. de leg. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. §. 5.
n. 10. ait, requiri sententiam iudicis, quod ta-
16 men est verum de declaratoria, & quia hæc
haberet oculos retrò, & ad initium actus, non
recedo à prædictis, vt etiam ante sententiam
nequeat tuta conscientia ad exercitium re-
duci.

Quam conclusionem fœdere distinctionis
declaro, multipliciter nãque actus nulli exer-
citium experiri potest: possidendo, agendo
contra obligatum, vt adimpleat, & contra
tertium excipiendo. Primo modo licitè possi-
17 debit si nullitas est inducta fauore tertij, ipso
tacente, & consentiente, liberè tamen, non
præ potentia oppresso, nec alio iusto impedi-
mento detento. Exemplum sit in emente ex
secundo decreto bona debitoris, non soluto
18 pretio creditori, hoc enim secundum decre-

tum

tum volente creditore est nullum; *l. à Diuo Pio §. sed si emptor ff. de re iudic.* sed eo non reclamante non poterit conquæri debitor, nec bona, eorumque fructus, stante nullitate, repetere, *Castill. decis. 7. n. 9. & decis. 109. n. 66.* cum alijs relatis apud *Gross. ad Constit. Pragm. Com. de Castr. §. 44. n. 42.*

Item quotiescumque sententia, cuius vigo-
19 re quis possidet, ob non seruatum ordinem iudicijs præscriptum, esset nulla ea nullitate, quæ non obstaret, vt in meritis confirmetur; Nam licèt ista deduceretur, adhuc sententia veniret in meritis confirmanda, & non posset expelli à possessione, vt passim inspecta rei veritate seruatur in Tribunalibus.

At si nullitas inducta sit ipso iure fauore venditoris, vt in contractibus mulierum, fauore suorum virorum in Regno, & in contractibus minorum, tunc puto quàm plura considerand a, vt licitè vigore huiusmodi contractus nulli in possessione perseueret.

Inspiciendum est itaque an pretium sit cõuersum in vtilitatem eius, cui competit ius dicendi de nullitate, quo casu certum est licitè possidere, & sibi fructus percipere, immò petita formiter nullitate, poterit petere pretium,

tium, quo non restituto, aduersarium doli exceptione repellere, *gl. in l. fin. C. de vsuc. pro emptor. & ibi Doct. & in l. verum §. sciendum de minor. cum alijs relatis à Gross. ad cap. 78. Reg. Carol. insp. 1. q. 7. n. 7. & seq.*

Si verò in vtilitatem venditoris pretium nō sit conuersum, tunc quia ex titulo nullo ipso iure, non transfertur dominium, possessio pariter dicitur propriè intrusa; possidet enim nullo assistente iure, immò resistente, & cum vitio nullitatis, quæ solùm declaratoriam desiderat.

Quoniam verò non sumus in delictis, in quibus nemo tenetur se ipsum prodere, nec se submittere pænæ legis cum propria infamia, aut notabili detrimento, sed versamur in merè ciuilibus, & in iniusta detentione rei alteri debitæ, & contra iustitiam commutatiuam; idcircò non potest licitè in dicta possessione perseuerare, & dominum priuare iusto rei suæ dominio, ac fructuum perceptione, sibi omni iure debitorum; nisi accedente certa ipsius domini scientia, & libera patientia, cum possit vnusquisque propriæ vtilitati renunciare. Neque enim hìc intrat regula quòd legi fauore publico latæ nequit renunciari, nam hoc pro-

procedit respectu contractus, nè celebrari quauis cauthela possit contra huiusmodi legē annullantem, vt superiùs probauimus, sed sumus in proprijs terminis iuris, siuè actionis ex lege illa resultantis ad commodum priuatum ipsius domini.

Ratio autem supradictæ principalis conclusionis est, quia ius ciuile, & humanum titulū annullat, & aliàs ius naturale dictat nè cum aliena iactura locupletemur. *c. cum secundùm naturam de reg. iur.* & probat post *Gabr. & Sot. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 12. dub. 3.* vbi de iniusta rei detentione est sermo, vnde contra vtrumque ius, ciuile, & naturale possideret.

Dixi accedente vera scientia, & libera patientia domini, verùm quia hæc esset materia nimis periculosa, & suspecta, nè quæso decipiaris, sed cautè agas, minusue tibi parcas, qui talia bona possides; plerumque enim recto itinere putamus agere, cū tamen progrediamur inflessa, & improba, & digressi à Ierusalem, idest à via salutis, ad Cafarnaum, idest ad iniquitatem, incidimus in latrones, idest dæmones, ac passiones sensuum, à quibus spoliamur virtutibus, grauibusque vulneribus vitiorum affligimur.

Tan-

materiæ, circa quam præceptum, siuè prohibitio legis versatur. Idemque procedit, si inhabilitantur contrahentes, vel nullitatis causa sit virtus naturalis opposita, cuius contrarium turpitudinem moralem inuoluat, aut demum personæ præscribitur, vt sine certa forma substantiali, siuè sollemnitate cõtrahere nequeat, hoc enim casu censetur alias ad contrahendũ inhabilis. *Meroll. d. disp. 4. cap. 5. n. 229. & seq. & n. 275. Bar. in l. cum lex n. 4. & seq. & in l. si quis pro eo n. 9. ff. de fideiussor.*

Si verò nullitas sit inducta fauore publico, quàmuis oppositum ex rei natura non sit tur-
2 pe, & similiter ex causa non seruatæ sollemnitatis pro forma, feratur non in personam, sed in ipsum actum, tunc ita contrahentes nõ peccant in ipso actu, sed in illius exercitio, cũ demum eo vti velint. Post hæc scripta visus. *Joseph Ianuar. resol. moral. 65. à n. 32. p. 1.*

Ratio discriminis est, quia in primo sensu vis legis, eiusque principalis finis ad hoc porrigitur, nè contrahentes contra legem tàm iusta causa latam, aliquid agant; ideòque actũ
3 celebrando contra superioris mandatum, eiusdem lædunt authoritatem (cui ex præordinatione Diuina obedire tenentur,) & similiter

bo-

bonum commune à lege prospectum. Supposita namque inhabilitate, & prohibitione in contrahentes directa, isti rapere videntur consensum eisdem à lege ablatum.

Quippè constat ex dictis quòd subditi in
4 materia suæ subordinationis teneantur superiori obedire; ad Principem autem spectat mores populorum dirigere, eorumque exter-
5 nis actibus imponere leges, quibus perfectiùs instituatur publicum bonum; ideòque deficit in subdito recta ratio operandi, statim ac cõtraueniendo legi, hanc suis actibus audeat impugnare; quapropter deficiente rectitudine in obiecto volito, actus iste voluntatis nequit enodari à malitia actuali obiectiua, quæ consi-
6 stit in actuali resistentia in legem, atque hinc est quod ait Apost. *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit;*

Etenim pugnat cum lege resistente, sibique attrahit interdictum consensum, quod quia supponit radicaliter culpam theologicã,
7 & moralem turpitudinem, non potest iuramẽto firmari, vt in superioribus dixi. Vnde *Caram. theolog. fundam. n.* 1058. ait, quòd ratio peccati non consistit in oppositione actus, &
8 virtutis, sed actus, & legis, & n. præcedenti

M re-

regulam ponit his verbis: *qui legem obligatoriam non seruat (nimirum in materia suæ subordinationis, nec contra Deum, nec prudentiam urgentem, possibilem, & sibi notam) peccat. Azor. instit. mor. t. 1. lib. 4. de peccatis col. 293. & 294.*

Verùm quando prohibetur, vel annullatur actus à Iure ciuili, tamquàm virtuti naturali oppositus, vel ob eamdem causam quis inhabilitatur contrahere, non incurrit contrafaciens plura peccata, ex quo agit contra plura
9 præcepta, naturale videlicet, Diuinum, & humanum, non enim distinguuntur peccata specie, vel numero per ordinem ad diuersa præcepta, si hæc ex eodemet motiuo procedant. *Bonacc. de peccat. disp. 2. q. 4. punct. 3. propos.* 2. quicquid dicat *Meroll. d. disp. 4. cap. 2. sub num. 28.*

Si verò versemur in secundo membro superiùs traditæ distinctionis, dixi quem non
10 peccare in ipso actu, sed in illius exercitio, nam in sensu proposito lex actui principaliter prospicit, nullumque declarat, ac si moraliter factum non esset. Vndè cum primùm reduceretur ad exercitium, Principis læderetur authoritas, nam antea remanet salua, ob pœnam nul-

nullitatis impositam, quæ publicum, priuatumue tuetur bonum, nisi ex proposito inter-
11 cedat contemptus, qui solus sufficeret ad incurrendum peccatum. *Less. de Iust. & iur lib. 2. cap. 46. disp. 6. n. 46. Bonacc. de peccat disp. 2. q. 3. punct. 5. propos. 2. à n. 6. & n. 16.*

Altera quoque inter casus prædictos ratio discriminis copulatur, quia in primo sensu
12 actus, eiusque effectus indiuisibiliter coniũguntur ad oppugnandam legem; in secundo verò successiuè, ideòque successiua conueniunt remedia, vt nempè primò censeatur nõ factus, secundò vt qui illo vtatur, culpabili-
13 ter agat; actus enim nullus nullum ius tribuit, neque transfert dominium. *Meroll. d. disp. 4. cap. 5. n. 253.*

Et tandem alia occurrit ratio, quia cum nullitas imponatur à lege post factum, & in rem, non in personam verba legis dirigantur, non
14 potest dici quòd agens in ipso actu peccet, quandoquidem pæna nullitatis in propositis terminis persequitur actum iam gestum, non personam agentem. Hæc igitur est differentia inter actum per se, & de sui natura prohibitum, & actum de Iure positiuo, modo dicto, nullum; nam primus casus includit im-

potentiam, & inhabilitatem moralem contra-
15 hentium iuxtà præceptum, vel similiter ma-
teriæ incapacitatem; vt in terminis *d. l. cum*
lex vbi Bar. ff. de fideiuss. cum concordantib. Se-
cundus verò cum indè sit agentium volunta-
te completus, secum attrahit legis ministeriū,
vt quod physicè existit, infectum moraliter
reputetur, & sic consequenter ad ipsum actū.
Vnde *Bonacc. de leg. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. §. 5.
n. 10. ait, requiri sententiam iudicis, quod ta-
16 men est verum de declaratoria, & quia hæc
haberet oculos retrò, & ad initium actus, non
recedo à prædictis, vt etiam ante sententiam
nequeat tuta conscientia ad exercitium re-
duci.

Quam conclusionem fœdere distinctionis
declaro, multipliciter nāque actus nulli exer-
citium experiri potest: possidendo, agendo
contra obligatum, vt adimpleat, & contra
tertium excipiendo. Primo modo licitè possi-
17 debit si nullitas est inducta fauore tertij, ipso
tacente, & consentiente, liberè tamen, non
præ potentia oppresso, nec alio iusto impedi-
mento detento. Exemplum sit in emente ex
secundo decreto bona debitoris, non soluto
18 pretio creditori, hoc enim secundum decre-
tum

tum volente creditore est nullum; *l. à Diuo Pio §. sed si emptor ff. de re iudic.* sed eo non reclamante non poterit conquæri debitor, nec bona, eorumque fructus, stante nullitate, repetere, *Castill. decis. 7. n. 9. & decis. 109. n. 66.* cum alijs relatis apud *Gross. ad Constit. Pragm. Com. de Castr. §. 44. n. 42.*

Item quotiescumque sententia, cuius vigo-
19 re quis possidet, ob non seruatum ordinem iudicijs præscriptum, esset nulla ea nullitate, quæ non obstaret, vt in meritis confirmetur; Nam licèt ista deduceretur, adhuc sententia veniret in meritis confirmanda, & non posset expelli à possessione, vt passim inspecta rei veritate seruatur in Tribunalibus.

At si nullitas inducta sit ipso iure fauore venditoris, vt in contractibus mulierum, fauore suorum virorum in Regno, & in contractibus minorum, tunc puto quàm plura considerandа, vt licitè vigore huiusmodi contractus nulli in possessione perseueret.

Inspiciendum est itaque an pretium sit cõuersum in vtilitatem eius, cui competit ius dicendi de nullitate, quo casu certum est licitè possidere, & sibi fructus percipere, immò petita formiter nullitate, poterit petere pretium,

tium, quo non restituto, aduersarium doli exceptione repellere, *gl. in l. fin. C. de vsuc. pro emptor. & ibi Doct. & in l. verum §. sciendum de minor. cum alijs relatis à Grass. ad cap. 78. Reg. Carol. insp. 1. q. 7. n. 7. & seq.*

Si verò in vtilitatem venditoris pretium nõ sit conuersum, tunc quia ex titulo nullo ipso iure, non transfertur dominium, possessio pariter dicitur propriè intrusa; possidet enim nullo assistente iure, immò resistente, & cum vitio nullitatis, quæ solùm declaratoriam desiderat.

Quoniam verò non sumus in delictis, in quibus nemo tenetur se ipsum prodere, nec se submittere pœnæ legis cum propria infamia, aut notabili detrimento, sed versamur in merè ciuilibus, & in iniusta detentione rei alteri debitæ, & contra iustitiam commutatiuam; idcircò non potest licitè in dicta possessione perseuerare, & dominum priuare iusto rei suæ dominio, ac fructuum perceptione, sibi omni iure debitorum; nisi accedente certa ipsius domini scientia, & libera patientia, cum possit vnusquisque propriæ vtilitati renunciare. Neque enim hìc intrat regula quòd legi fauore publico latæ nequit renunciari, nam hoc pro-

procedit respectu contractus, nè celebrari quauis cauthela possit contra huiusmodi legē annullantem, vt superiùs probauimus, sed sumus in proprijs terminis iuris, siuè actionis ex lege illa resultantis ad commodum priuatum ipsius domini.

Ratio autem supradictæ principalis conclusionis est, quia ius ciuile, & humanum titulū annullat, & aliàs ius naturale dictat nè cum aliena iactura locupletemur. *c. cum secundùm naturam de reg. iur.* & probat post *Gabr. & Sot. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 12. dub. 3.* vbi de iniusta rei detentione est sermo, vnde contra vtrumque ius, ciuile, & naturale possideret.

Dixi accedente vera scientia, & libera patientia domini, verùm quia hæc esset materia nimis periculosa, & suspecta, nè quæso decipiaris, sed cautè agas, minusue tibi parcas, qui talia bona possides; plerumque enim recto itinere putamus agere, cū tamen progrediamur inflessa, & improba, & digressi à Ierusalem, idest à via salutis, ad Cafarnaum, idest ad iniquitatem, incidimus in latrones, idest dæmones, ac passiones sensuum, à quibus spoliamur virtutibus, grauibusque vulneribus vitiorum affligimur. Tan-

Tandem si actus qui dat causam possessioni, præciso dolo, metu, vel fraude, mero iure
20 valeret. Possessor enim tali casu non tenetur ante sententiam à possessione resilire. *Abb. in c. quia plerique n. 28. de immun. eccles.*

Exemplificare poteris in possessore bonorũ feudalium, maioratus, fideicommissi, & similium, quorum alienatio quamuis tamquàm de re aliena non valeat, mero iure sustinetur; ideoque non nisi antè sententiam constituitur propriè in mala fide, cum litis contestatio fictè malam fidem inducat, operatur tamen sequuta sententia fructuum restitutionem à primo die litis contestatæ.

Prædicta tamen sub declaro in bonæ fidei possessore iusto titulo, cui lex non resistat, nã
21 primus emptor huiusmodi bonorum, vt tuta conscientia ab initio contrahat (data scientia) oportet vt perfectam habeat voluntatem relaxandi bona substitutis, eueniente casu restitutionis, nisi aliter alienatio conualidari pos-
22 sit ob detractiones fortè competentes, vel melioramenta à venditore grauato facta, de quibus videas *animaduers.* 15. *p.* 1. vel eiusdẽ hæreditas ad substitutos perueniat, quo casu
23 indubitatum est non posse bona propria recupe-

cuperare per *tex. in l. cum à matre C. de rei-uendic.* alias præciſa hac intentione verſaretur
24 ab initio in dolo, & quàmuis pendente con-
ditione non teneretur ad fructus intermedio
tempore perceptos, vti ad ſuum authorem
25 ſpectantes, nihilominùs ſuppoſita ſcientia
quòd res ad alium pertinet, non eſt neceſſaria
26 alia interpellatio purificata conditione, præ-
ſertim quò ad forum pænitentiale, quandoqui-
27 dem etiam in iudicijs moroſus habetur quis
per extra iudicialem interpellationem; ex Iu-
ribus allegatis per *Anan. conſ. 5. in ciu. n. 3* vbi
n. 7. declarat, niſi iuſtam cauſam habeat liti-
gandi, hæc enim excuſaret à mora; proindè
28 in foro conſcientiæ deficiente iuſta cauſa, non
eſt expectanda ſententia prætextu quòd nemo
teneatur cum proprio damno, & amiſſione
29 ſui pretij prouidere alterius indemnitati, hæc
enim regula generalis communiter à Theo-
logis recepta, procedit in poſſeſſore bonæ fi-
dei, non autem in eo, qui ſciens rem alienam,
30 vel ad alium poſt certum tempus pertinere,
nihilominùs emit, ſibi namque imputare de-
bet, ſi alia via pretium exigere nequeat, cum
& ipſe in hoc ſenſu non diſtet à fure. *Salon. de Iuſt. & iur. q. 62. ar. 6. controu. 3. ſub tit.*

vt quietiùs, & fœliciùs conseruetur humana societas. *c. 1. & 2. dist. 4. §. ius autem ciuile vbi Io: Fab. inst. de iust. & iur. Budaus in l. ius autem ciuile ff. eod.*

Quæ sanè indubitanter procedunt respectu corporis, sed quò ad fructus intelligas possessorem bonæ fidei quandoque facere suos, & diuersimodè ad restitutionem teneri. Quam doctrinam cum non attigerint ex nuda theologia *Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dub. 2. & Salon. eod. tract. q. 62. ar. 6. contr. 3.* ferè *per tot.* putarunt in legibus esse antinomiam, non esse iustas, neque seruandas in conscientia, & Iuristarum sententias non esse veras. Qua propter nè huiusmodi error in recentiorum Moralistarum mentem radices figat, non sine præiudicio Legislatorum, ac iuris interpretum, quasi à naturali æquitate in dies declinent, illum detegere necessariò censui, certò credens in hac restitutionis materia non
35 solum prodesse, sed omninò introspiciendas esse iuris humani decisiones, quas non nisi bonus doctor habere potest.

Dico igitur pro resolutione quòd possessor bonæ fidei alius est sine titulo, alius cum titu-
36 lo. Primus fructus industriales, & ciuiles,

quos ſuo contractu comparauit, & naturales conſumptos ſuos facit; Secundus verò omnes fructus, etiam naturales non conſumptos. *Bar. in d. l. & ex diuerſo nu. 5. & 6. ff. de reiuend. Abb. in c. grauis nu. 3. de reſt. ſpol.* apud quos latiſſimè leges examinantur.

37 Quod autem leges, & Doctores dicunt poſſeſſorem bonæ fidei facere fructus ſuos, non ſe extendit, vt malè opinati ſunt relati Theologi, ad eradicandam reſtitutionem, iuxtà naturalem rationem reſultantem; hanc etenim agnouerunt Legislatores, & Noſtrates ſequũtur. Operatur ergò ly facere ſuos, quod excludatur dolus, & quod vſu capio iuxtà legalem diſciplinam poſſit induci.

38 Quos itaque in propoſitis terminis non facit ſuos, tenetur reiuendicatione, ſi extant, ſi verò ex conſumptione factus eſt locupletior, tenetur condictione ſine cauſa, ſed ſi non effectus locupletior, ad nihilum tenetur, quia illos non poſſidet, nec dolo deſijt poſſidere, neque in rem ſuam conſumpſit.

39 Contra verò ſi facit ſuos, extantes reſtituit officio iudicis mercennario, ex quo peruenerunt ex re alteri debita, poterit nihilominùs per triennium perſeuerante eadem bona fide

vſu

40 vsu capere aduersus actionem domino com-
petentem, vt subtiliter exponit *Abb.* vbi su-
pra *n. 6. & 7.* sed si consumpti sint, etiam lo-
cupletior ex eis factus, non tenetur ad resti-
41 tutionem, (naturalibus exceptis) industriales
enim regulariter pro cura, & cultura lucra-
tur; at naturalium consumptorum reddet æ-
42 stimationem, in quo factus est ditior. Ratio
diuersitatis est, quia fructibus consumptis nõ
43 durat iudicis officium mercennarium. *Bar. in*
d. l. & ex diuerso n. 5. & 6. Abb. in d. c. grauis
n. 7. Bald. in l. 1. n. 7. C. de vsur. & fruct. le-
gat. in naturalibus verò quia non nascuntur
facto, & industria possessoris, sed eos natura
44 producit, subest naturalis æquitas, vt quan-
tum ditior sit factus ex consumptione, per cõ-
dictionem sine causa restituat. *l. si & me, &*
Titium ff si certum pet. ibi: *non quia pecuniam*
tibi credidi (hoc enim nisi inter consentientes fieri
non potest) sed quia pecunia mea ad te peruenit,
eam mihi reddi bonum, & æquum est. vbi *gl. vers.*
peruenit, & Bar. in summar. reddunt rationem,
quia cum res mea ad alium peruenit, & nulla
subsit causa, vt debeat apud eum remanere,
naturalis æquitas suadet eam mihi fore resti-
tuendam. Quid iustiùs *Celsus* respondere po-
tuit?

uit? Quid sanctiùs intelligere *Bartholus*? Gratis proindè *Salonius* & *Lessius* iura nostra, & interpretes reprehendunt, cum doctrina ab eis tradita sit eadem omninò cum nostra, immò apud Iuristas, & Legislatores multò magis radicitus, & subtiliùs intelligitur, & examinatur materia.

Et hæc quò ad bonæ fidei possessorem; in
45 eo verò qui versatur in mala fide, ad eas *Abbatem* optimè distinguentem in *d. c. grauis n. 7. 8. & sequentib.*

Duo tamen specialia subdam quò ad malè
46 fidei possessorem. Primum, quòd emptor rei furtiuæ scienter, vel ignoranter, teneatur illam vero domino, vel cui ablata sit restituere, pretio non accepto. *l. 2. & ibi Bald. C. de*
47 *furt.* nisi minori pretio ea mente emerit, vt vero domino restitueret. *Host. in §. fin. de pænit. & remiss. Cappell. Tholos q. 151.* quod ego declaro, si ab eo, qui statim sit à loco discessurus, emat; tunc enim bene videretur domini negotium gerere, aliàs secùs.
48

Secundum est de interitu rei, qui sequi potest vel penes possessorem malæ fidei ab initio, vel penes eum, qui à principio fuit versa-
49 tus in bona fide, deinde verò mala superaccelsit;

cessit; Ille tenetur ad rei extimationem, perijsset, nec nè penes dominum, satis est enim quòd potuit non perire: iste si iustam causam
50 habuit litigandi, quare non possit ei mora imputari, sit absolutus. *l. nemo* §. 1. *de verb. oblig. l. item verberatum* §. *fin. & ibi gl. ff. de reiuend. gl. in l. mora* 32. *ff. de vsur. l. quod te vbi gl. & Bar. n.* 8. *& seq. ff. de reb. cred. si cert. pet.*

Non obstat *tex. in l. si plures* §. *siue autem ff. dep.* in contrarium allegatus *à Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 15. *sub n.* 92. *vers. nunc probatur*; quandoquidem tex. ille tres præcipuas recipit interpretationes.

51 Prima quòd procedat in obligatione ex contractu ante moram commissam à debitore. Secunda si iustam causam habeat litigādi pro expensis. Tertia quòd lex illa non procedat in fure, & meticuloso, vt expresè patet apud glos. in d. *l. si plures.* vbi aliæ allegantur *ll.* & docuit eleganter *Bar. in d. l. quod te n.* 10. cuius opinionem veram esse, & communiter receptam, aduertit gl. marg. in d. *l. nemo de verb. oblig.*

Quorum omnium radicales rationes sunt. Prima, vt supra dicebam, quia satis est quòd res potuit non perire. Secunda, quia fur non iu-

iuuatur æquitate naturali, quam ipse priùs violauerit. Tertia, quia sufficit quòd dominus potuisset distrahere rem suam, & pretium lucrari. *gl. in d. l. item si verberatum vers. mora ff. de reiuend.* Ex cuius lectura resoluuntur cõtraria argumenta, quæ nititur adducere Less. d. n. 92. vbi gratis reijcit *Paludanum in 4. dist. 15. q. 2. ar. 1. concl. 5.* & iuristas, hanc nostrã opinionem, vti omninò veram tenentes.

Ex quibus animaduertas, ex proposito nolle alias authoritates adducere, vt perfectè sciatur quòd gratis Theologi in leges nostras, eorumque Interpretes inuehunt, cum de restitutione loquuntur; Legislatores etenim, quamuis gentiles, à recta ratione non declinarunt, ita vt faciliùs sit in his decipi Theologos, si iure naturali tantùm inspecto velint omnes casus resoluere, legibus humanis neglectis. *Laym. l. 1. de leg. tr. 4. cap. 8. n. 9.* vbi agnouit quòd nemo potest dici bonus canonista, vel casista qui legum cognitionem non habeat.

Propterea multò minus credere possumus theologis, cum leges nostras allegant, earum namque intellectum per raró attingunt, & ita sæpius decepti à veritate declinant, vt mox vi-

vidiſti cum *Leſſio* in citata *l. ſi plures*,& iterum conijcere poteris ex eodem Leſſio, qui *d. l. 2. cap. 2. dub.* 16. cupiens fundare quod fur nõ teneatur reſtituere maius pretium rei furatę, ſi dominus illam conſumpturus fuiſſet, eo tẽpore quo minus valebat, allegat textum, qui ſibi videtur ad hoc punctualis, in *l. qui vas* §. *fin. ff. de furt.*

Et tamen ibi textus loquitur de domino, qui per vim abſtulit pecuniam ad furem peruentam ex re furata, cuius pecuniæ propriè nullum habet dominium, cum in particularibus iudicijs pretium loco rei non ſuccedat (quod vltimum ego firmaui *animadu.* 11. n. 2 p. 1. & eſt in iure veriſſimum.) Furtum quippè committeret iuxtà hunc textum dominus ille, immò teneretur interdicto vnde vi *l. ſi in tantam C. vnde vi.* tùm quia rem non ſuam aufert, tùm etiam quia violenter ageret, & propria authoritate, quod ſolùm poſſet in ipſo actu commiſſi furti, retinendo, & tuẽdo rem ſuam, nè à fure aſportetur. At ex hoc non infertur quòd quamuis re conſumpta, condictio furtiua ceſſet, nõ detur contra furẽ actio furtiua, quæ eſt ad rei pretium, quæ ſanè remedia à iure domino rei tributa, ſunt

inter se diuersa, primum enim competit contra quemcumque rei furtiuæ (etiam bonæ fidei) possessorem, secundum verò contra furem, fautores, consulentes, mandantes, ac receptantes.

Cum autem contingat pretium augeri post furtum, maius pretium esse restituendum, nõ habito respectu ad interesse domino illatum, sed ad ipsum augmentum, est clarus *tex. in l. in furti actione ff. de furt.*

Quare in casu proposito caueas à Lessio loco cit.& si volueris theologum, adeas.*Tambur. lib.* 8. *decal. tr.* 3. *cap.* 2. §. 7. *n.* 13. cuius ratio potissima mihi videtur (provt supra ex Bartholo dicebam) quia cum res aliena ad alium peruenit, & nulla subsit iusta causa illam retinendi, quicquid ex ea percepit, domino est restituendum.

Item quia vt ait Tambur. extante re furtiua, eadem in sua specie debetur, nullumque ius, siuè dominium fur prætendere potest. Cũ ergo illam vendit, & si ad hoc vt condici valeat, pretium non succedat loco rei, ad hoc vt furti agat re consumpta, actio est ad totum pretium ex re aliena acceptum, deductis expensis necessarijs, quas dominus ad illius conseruationem fecisset.

Nec

Nec obſtat ſimilitudo allatā à *Leſſio*, quòd fur non teneatur reſtituere quidquid ex pecunia ablata ſit negotiando ſuperlucratus; quandoquidem de quantitate ad ſpeciem nō eſt eadem ratio, cum ibi ſatis ſit reſtituere tantundem, & pro ea non detur condictio, niſi identicè conſtet, & adhuc ſit penes furem. *Luc. ad Grat cap.* 897 *n.* 10. Quapropter potuit fur transferre illius pecuniæ dominium (non quia illud habeat, ſed ſtante bona fide alterius contrahentis, in quem translata dicitur conſumpta reſpectu domini) & in merces conuertere, iterumque vendere vti ſuas, & ſucceſſiuè mercari, ſuoque periculo, & induſtria hæc facere; quod profectò ſecus eſt in ſpecie, nam quoadvſque extet, domini eſt, & ſi ſit locabilis, puta veſtis ſcenica, aut ſimilis, aptaque ad fructus producendos, cum ſuis acceſſionibus, quamuis extrinſecis, domino, nō furi tamquàm induſtrioſo, debetur, licèt re vera dominus non ad illum vſum, ſed pro ſe detineret. Quæ mihi ſatis clara videntur ex adducto iuris principio, quòd iniuſtus rei alienæ detentor nequeat ſibi lucrari quidquid ex illa percepit.

Dixi furem non habere dominium pecunię

furatæ quòadvſque ſit penes eum, ideoque ſi de identitate conſtet, etiam præſumptiuè ex qualitate monetæ, vel temporis breuitate, in concurſu præfertur dominus creditori furis anteriori, quia cum non poſſit dici conſumpta, dominus illam condicens vti ſuam, quemlibet alium furis creditorem excludit, nam iſte non obſtante priuilegio anterioris, ſpecialis, & cuiuſcumque potioris hypothecæ, ex bonis proprijs debitoris ſatisfieri debet. *Luc. vbi ſupra.*

Cum igitur de legibus humanis ſit ſermo nõ eſt tutum in conſcientia ab eis recedere, immò eſt manifeſtiſſimus error (retentis tamen regulis ſuperiùs traditis) præſertim in hac reſtitutionis materia, & in recta ratione contrahendi; Priùs namque oporteret ponere homi-
53 nes extrà Mundum, deindè ſolo iure naturali diſcurrere, quippè qui in Mundo ſunt, Principum ſubijciuntur legibus, & aliquid iuris naturalis eis neceſsè eſt perdere, vt notauit in puncto *Caram. Theol. fundam. nu.* . & nos infrà latiùs videbimus.

Alia ſubijcerem de depoſitario, niſi plurimũ diuerterer à materia propoſita; De hoc igitur alibi diſcutiemus quid in vtroque foro ſeruãdum.

ANIMADVERSIO SEPTIMA.

Iurans se seruaturum actum, quem lex annullat fauore publico, peccat. Actio quæ mero iure sustinetur, & pariter exceptio aduersus illam à lege parata, vtrinque iustè potest vsque ad sententiam deduci.

Summarium.

1 *IVrans se seruaturum actum nullum, peccat in ipso actu. ampl. n. 3. 4. 5. 6. 7 8. & per tot.*

2 *Iuramenti requisita veritas, Iudicium, & iustitia.*

6 *Lex annullans actum fauore publico, tacitè includit pactum contrarium. agens ex contractu nullo quando peccet? n. 6. & sequentib.*

10 *Pater iniustè filium exheredans peccat, non sic si legati titulo relinquit legitimam. n. 11. & 12.*

13 *Hærede vniuersali non adeunte capit particularis.*

14 *Hæres ex testamento nullo, intentata nullitate à successoribus, an licitè persistat in possessione?*

15 *Actio, vel exceptio quando licitè proponatur?*

16 *Testes, aut Iudicem corrumpere est illicitum.*

17 *In-*

[17 *Inhabilitatus contrahere quando peccet? n.4. & sequentib. n. 18. & sequentib.*

[19 *Pœnæ non extenduntur.*

VT iterum vndè digressi sumus, reuertamur ad propositum examen nullitatis actus, & in quo casu, & qualiter quis peccet agendo contra leges humanas; Secunda regula est, quòd contrahentes iurando se seruaturos
1 actum nullum secundæ speciei, iuxtà superiùs tradita *animadu. præced. à n.* 2. non excusantur à peccato, ob malitiam moralem inclusam in illo actu iurandi. Quamuis enim vt dicebam, infectum reputetur à lege quod gestum est, & alter cui competit ius nullitatis, possit eo non vti, tamen quia contra legem annullantem enixè agunt, eique directè opponũtur præstito iuramento, resistere potestati videntur, & in præiudicium Reipublicæ exequi quod est nullum, nullamque parit obligatio-
2 nem, ideòque deficiente iuramenti iustitia, quod est vnum ex requisitis, iuramentum ipsum redditur illicitum *c. animaduertendum 22. q. 2. c. & si Christus § Iacobus de Iur. iur. Fab. in Cod. de reb. cred. def. 7. n.3. in alleg* ego ipse *animadu. 4. n. 60. p. 1. Bonacc. circa pri-*

mum

mum Decal. præceptum, disp. 4. punct. 4. prop. 2. n. 9. & punct. 5. n. 1. Caram. theol. fundam. n. 997. Bar. in l. si quis pro co nu. 9. ff. de fideiussor.

Quæ sanè mihi notanda videntur ad differentiam alterius, qui contra legem præcipientem,
3 vel prohibentem modo superiùs declarato *d. animadu. 3. 4. 5. & 6.* & secundùm ibi traditas intelligentias (exclusa semper causa ciuili, ac nudo priuatorum fauore) vel demùm inhabilitatus contrahit, nam is etiam secluso iuramento peccat, quia actum gerit in suo constitutiuo malum, & dum in esse producitur; Si autem superaddat iuramentum, alia
4 quoque inuoluitur specie distincta malitia, ob violatam religionis virtutem. Qui verò iurat actum nullum se seruaturnm, peccat qui-
5 dem, non quia illum agit, sed quatenus effectum ex eo nulliter consequentem, priuata sua voluntate sacramenti audet vinculo roborare, & reducere ad exercitium, in perniciem boni publici, cuius fauore annullatur; quoties namque lex actum annullat fauore publico,
6 includit tacitè pactum contrarium, iuxtà tex. *in l. 28. de pact.* alià esset frustratoria; vnde iuramentum de non contraueniendo tali con-

tra-

7 tractui, esset de re à lege prohibita, & consequenter non obligatorium, tamquàm de re vana, & inutili, ideòque deficerent requisita d. *c. animaduertendum* 22. *q.* 2. *Mut. ad cons. Pan. cap.* 31. *n.* 39. *& seq.* vbi plures congerit. *Delbene de obligat. iuram. promiss. cap.* 2. *dubit.* 31. *nu.* 31. 32. 33. licèt ipse non benè distinguat contractus nullos ex causa publica, vel priuata, nec minus prohibitos ex causa ciuili, vel naturali, vt supra notaui.

Dixi non quia illum agit, nam ex suprà traditis, quando lex annullat, dirigendo verba ad actum, non ad personam, videtur sola nullitate satisfacta, ideòque culpa reducenda est in
8 eo, qui actum nullum experiri velit, tunc enim propriè dicitur non seruare legem obligatoriam in materia suæ subordinationis, vt patet ex *Caram. Theol. fundam. n.* 1058. *Tambur. lib.* 3. *decal. cap.* 3. §. 3. *n.* 9. *& seq.*

Tertia regula est, quòd quandoque annullatur actus à lege ciuili, primariò fauore priuato, quàmuis consequutiuè Reipublicæ expediat. Hic inspiciendum est, an actus habeat causam oppositam naturali virtuti, vel dispo-
9 sitioni ciuili? In primo peccaret quis in opere ipso, & in actu contrahendi, *Delbene de oblig.*

iuram.

iuram. promiss. d. cap. 2. dub. 31. in secundo, cum illum reducat ad exercitium tamquàm à lege impugnatum.

De primo dixi supra, si intercedat dolus, vel metus, & modò vlteriùs addo exemplum in patre iniustè filium exhæredante; Cum enim
10 teneatur lege naturæ illi portionem relinquere, quam legitimam appellamus, (licèt in quantitate sit humano Iure taxata) vbi illum exhæredauerit, vel prætericrit (seclusa inuincibili ignorantia) aget contra debitam pietatē, immò contra legis præceptum, quo ex iustitia obligatur, & hoc ipsum est apertè illicitum.

11 De secundo exemplum esset, si non institutionis, sed legati titulo relinquat legitimam; Non enim peccaret ità testando, quia causa ciuilis priuata non egreditur suos fines, priuatus autem fauor filij ob ipsius maiorem vtilita-
12 tem à lege consideratur, vt ait *Iason. in Autb. nouissima n.* 13. *C. de inoffic. testam.* vt scilicèt ex particulari hæres vniuersalis euadat, si iste incapax reperiatur, vel nolit hæreditatem adi-
13 re. Vnde satis est ad culpam theologicam excludendam tempore actus, quòd reuera filius non defraudetur. Hæres nihilominùs in-

tentata quærela, peccaret filium calumniando, ageret enim resistente lege, quæ concedendo filio actionem efficacem, denegat hæredi exceptionem, quemadmodum è contra frustratoria, vel saltem non est omninò efficax actio, quæ per exceptionem eliditur. Probat. *Paul. de Castr. in summar. l. 1. ff. ad Sen. Consf. Maced. Caram. theol. fundam nu. 1243. 1246.* etenim in casu proposito hæres versaretur in culpa. *Caram. vbi supr. nu.* 1242. in terminis contra *Lessium, Ioseph Ianuar. p. 1. resol. moral. 15. à nu. 17. ad 22. Vasq. de testam. cap. 3. dub. 2. n. 3. Delbene de oblig. iuram. promiss. cap. 2. dub. 36. n. 65. Meroll. disp. 4. cap. 5. nu. 185.*

14

Hoc autem vltimum dictum declaro, peccare actorem, quem repellit exceptio, si ista sit intrinseca ipsi actioni, vel extrinseca precedens tamen ex facto proprio, itavt in his terminis lex resistat, qualiter esset in agente ex contractu dolo, metuue extorto, & in eo, cui obstaret extrinsecùs pactum de non petẽdo; nam si ex facto alieno excluderetur, ità demùm peccaret, cum exceptione proposita, in exercitio suæ persisteret actionis. Et hoc ratione malæ fidei, qua superaccedente nihilominùs

15

minùs operatur; verùm si iustam causam habeat, poterit vsque ad sententiam præcisa calumnia se defendere, & expectare litis euentum; Quod sanè procederet si actus mero iure valeret, & actioni propositæ lex non resisteret, quamuis ipsa lex, quæ tribuit ipso iure actionem, concedat alteri parti peremptoriam exceptionem; hoc enim casu sententia demùm subsequuta ius vni adimit, & alteri perfectè assignat. Idemque dicas è conuerso de excipiente, & allegante titulum, qui mero iure valeat, aduersus petitionem actoris, dummodò à principio non sit versatus in mala fide, nec de præsenti bonum ius litigandi deficiat; quia tunc poterit se defendere vsque ad sententiam.

16 Non tamen poterit vti falsis probationibus, nec per iniqua media alteram partem decipere, vel iudicem ad ferendum pro se sententiã. post *Molin. Suar. Vasq. & alios Meroll. disp.4. cap. 5. dub. 14. nu.* 200. quicquid sit, an quis teneatur ad restitutionem pœnæ, quam falsis probationibus euadit; vt voluit *Idem Meroll. ibid. à n.* 203.

Prædicta vera sunt si in suo recto sensu supra relatis conclusionibus applicentur. Quò

circa nè contradictionibus inuoluaris, illas recenseas, vbi difficultas emergat.

Quarta regula est maximè necessaria ad prędictorum declarationem, vt scilicèt intelligamus nullum peccatum incurrere inhabilita-
17 tos à lege, si inhabilitas statuatur ob defectũ judicij, vel sexus imbecillitatem, vt sunt pupilli, minores, & mulieres dicta leuitate laborantes, respectu namque istorum lex est fauorabilis, eorumque indemnitati prospiciens, ideòque non est retorquenda in odium, iuxtà regulam *tex. in l. quod fauore C. de legib. & in l. in eo §. mulieribus de reg. iur. Bar. in l. si quis pro eo n. 11. ff. de fideiuss. Caram. theol. fundam. sub n.* 814. *de odios. & fauorabil.* vbi citat *Laym. Azzor. & alios.*

Procedunt ergò quæ supra diximus, quando lex ex alia, quàm relata causa, contrahere vetat, vt essent quandoque filij familias, serui,
18 deportati, qui venditur ad pretium participãdum, & similes; isti namque si post prohibitionem, ablatamque eis facultatem in personam directam, contrahere vellent, non carerent culpa, quia cum aliàs habeant perfectũ animi iudicium, agerent contra legem resistentem, cui tamen omninò subijciuntur, &

est

est regula 103. in *l. qui vetante, & in l. non potest 109. de reg. iur.* quas probat *Bar. in l. cum lex, & in l. si quis pro eo n. 9. & 10. ff. de fideiuss. Caram. theol. fundam. n.* 1064.

Quòad filium familias, & seruos, vel ancillas, est Panormi statutum *cap.* 13. quo prohibetur quis ab illis emere, pignore, vel quouis alienationis titulo rem aliquam accipere. Vndè rectè infert, & ex pluribus probat *Mut. ibid. à n.* 38 *& 66. & 67.* peccare mortaliter contrafacientem; Quod intelligo de contrahente cum similibus personis, nam verba dicti statuti in hunc diriguntur, quapropter cũ simus in odiosis, & agatur de culpa inducen-
19 da respectu, aliorum, non est facienda extẽtio iuxtà regulas traditas in *l. expressa* 156. *& in l. quoties* 122. *de reg. iur. Caram. vb. supr. nu.* 814. *de odios. & fauorabil. & sub n.* 818. *de pen. interpret.* peccare nihilominùs puto filiũ
20 familias, seruum, & ancillam, qui iurarent contractum à dicto statuto impugnatum, per ea, quæ supra dixi, & facit *tex. in l. generaliter, & l. seq. de reg. iur. Barbos. in c. nõ sanè n. 7. 14. q. 5.*

Quæ sanè valdè notanda sunt ad effugiendas occurrentes dubitationes circa virtutem legis ciuilis, quam generaliter obligare in cor-

conſcientia, & magis generaliter non ligare recentioribus theologis quandoque placuit. Puto, ni proprius me teneat amor, ex prædictis in tota hac materia, facilè deprehendi errorem, quaue de cauſa affirmantes, & negantes opiniones inſurrexiſſe; veritatem autem ita methodicè explicatam fortè alibi non inuenies.

At nè penè inutilem reputes laborem hucuſque ſuſceptum, meliùs ex infra dicendis conijcies malorum ſequelam, quæ conſcientias, & Rempublicam ad exitium deducunt.

ANIMADVERSIO OTTAVA.

Promiſſio pro opere illicito patrando, nec eo impleto promittentem in conſcientia ligat. *Contra Laym. Leſs. Fagund. Tambur. & alios.*

Summarium.

1 *PRomiſſio pro opere illicito, eo impleto obligat in conſcientia, contr. n. 5. & per tot.*

2 *Pretium debetur meretrici nu. 49. & 50. militanti in bello iuſto, & ſimil. declar. à nu. 31.*

non

non debetur coniugatæ, nec moniali n. 51. 52. 62. & 64. debetur virgini. n. 53.

3 *Pactum rei turpis non obligat. paciscentes peccant. nu. 11. 13. ratio ibid. & n. 58. 59. & 71.*

6 *Promissio facta illi, qui tenetur ex charitate obligat, secùs si ex iustitia. nu. 8.*

9 *Promittens soluere vsuras mutuanti an peccet? nu. 11.*

12 *Princeps tenetur seruare leges vi directiua.*

16 *Actio materialis non est abstrabibilis ab opere formali per se turpi, & non denudabili à malitia. n. seq. ratio ibid.*

28 *Agens lege resistente petit indebitum, ideoq; peccat. & 45. 59.*

35 *Conscientia erronea obligat. & n. 70. & 71.*

41 *Leges humanæ non omnia vitia puniunt. & nu. sequent.*

43 *Munera ex mercede meretricij erant probibita in lege væteri; hodie licita est æleemosina.*

44 *Æleemosina fiat ex propria substantia.*

46 *Turpis lucri dominium non transit in accipientem, sed fisco ipso iure debetur. n. 47. 48.*

54 *Mores aliorum corrumpere maius malum est, quàm substantiam furari. 55. 56. 57.*

58 *Fides seruanda in licitis promissis. secùs è contra n. 59.*

Pla-

PLacuit sanè mox referendis resolutio affirmatiua, non ob opus illicitum, sed ra-
1 tione periculi, laboris, & industriæ mandatarij; Itemque ob delectationem, & vtilitatem, quæ ex facinore resultāt ipsi mandanti. Aiunt enim has esse actiones omninò locabiles, seu venales, sicut reliquæ omnes, ideòque paciscentem in conscientia obligari. *Less. de Iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 18. *dubit.* 3. *nu.* 18. *Bonacc. in tit. de restit. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *propos.* 1. *Barthol. à S. Faust. in specul. confess disp.* 27. *q.* 21. Fagund. *in* 8. *præcept. decal. lib.* 8. *cap.* 27. *nu.* 19. *& seq. & lib.* 3. *de Iust. & contr. cap.* 6. *nu.* 2. *& seq. Tambur. in decal. & alij* apud eos citati, quos sequitur *Trullench. lib.* 7. *decal. cap.* 17. *dub.* 2.

Eorum autem præcipua argumenta sunt; primò mox allatæ rationes, quibus sibi fingunt opus præstitum pro maleficio abstractum ab ipso maleficio sumi, & vt tale dignum esse mercede.

Secundò, quemadmodum meretrix licitè accipit mercedem pro turpi sui corporis vsu,
2 ita pariter non implicat soluendum esse sicario quod est promissum pro homicidio, immò ex iustitia sibi deberi.

Ter-

3 Tertiò, quia militi militanti in bello notoriè iniusto, laboranti in die festiuo, & similibus, quamuis laborando, & ità militando peccent, adhuc debetur stipendium, vnde pariter pro maleficio patrato promissio conuenta debetur.

4 Quartò, quia licèt paciscendo opus illicitum vterque peccet, & teneatur ante implementum à promissis recedere, nihilominus post opus perfectum, præstita fides est adimplenda. Ad quod probandum, quamuis relati Theologi in terminis proprijs non adducant authoritatem, possem addere *textum*, qui videtur punctualis, in *c. si ad peccatum faciendum 22. q. 4.*

5 Sed his non obstantibus contrarium est verum, ad cuius elucidationem præmitto

Primò, dupliciter posse promitti, aut ex causa honesta, aut ex turpi.

Secundò, discrimen intercedere inter obligationem nondùm facta solutione, & restitutionem, ea sequuta, fiendam danti.

6 Primam partem dictæ primæ propositionis intelligo, vt si aliquid promittitur ei, qui tantùm ex charitate tenetur, opere impleto sit soluenda promissio, cum liceat vnicui-

cique suas honestas operas locare. *c. præcariæ, vers. cum ratio x. q 2. ibi. Cum ratio, & vsus obtineat neminem, cui non vult contra vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium.* c. *non sanè* 14 q. 5.

7 Dixi ex charitate, nam si versemur in extrema, vel graui proximi indigentia, secùs intelligere deberemus, quia negare misericordiam, esset Christum negare. *c. omnis* 7. *q.* 1. *c. in scripturis* 8. *q.* 1 *ibi: Vt & qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* consule autem de hoc scribentem fratrem nostrum *Pisan. Gedeon glad. propos.* 10.

8 Secundam partem eiusdem primæ propositionis ita distinguo: aut promittitur, aut soluitur alicui, vt faciat quod aliàs ex Iustitia tenetur, vt nempè non delinquat, vel vt à crimine iam commisso desistat, aut ob aliquam turpem causam, & ad delictum patrandum.

Primò casu non tenetur promittēs obseruare, immò solutum repetit, & ita recipiēs erit restitutioni obnoxius, ea quidem ratione, quia ipse solus versatur in causa turpi. *gloss. in l.* 1. *vers. ob turpem causam, l. pen & fin.*

C,

C. de cond. ob turp. caus. Salon de Iust. & iur. q. 62. art. 5. controu. 3. vers. obseruemus secundò, & vers. secundò certum est. tom. 2. & conueniunt omnes Theologi, & vtriusq; iuris *Doctores.*

9 Discretè tamen se gerat ità promittens, vt primò illum ad bonum debitū inducat suasionibus, nam certum est, acceptantem illicitam promissionem ex parte sui peccare in ipso actu conuentionis; charitas proindè exposcit, vt quantum fieri possit, proximum à malo diuertamus (nam non expositum illicitis allicere medijs, esset ad nouum peccatum inducere) exemplo indigentis pecu-
10 niam ab vsurario, cui non absolutè offerendæ sunt vsuræ, sed quādo aliàs mutuare nollet, patiatur potiùs debitor iniustam solutionem, non autem principaliter vsuris alliciat ad mutuandum. latè *Salon. de iust. & iur. q. 78. art. 4. controu 1. & 2. per tot.*

11 In secundo verò casu quando datur, vel promittitur ob turpem causam, & ad delictum patrandum, certum est promissionem nullam parere obligationem ciuilem, neque naturalem, iuxtà decisiones iuris humani; reductiuè autem ad ius Diuinum inspecta distinctione superiùs tradita, mortaliter pec-

Q 2 care

care ità paciſcentes, vel agentes ex tali pacto lege reſiſtente celebrato.

Quòd peccent in actu conuentionis, omnes quidem fatentur, reliqua autem noſtræ propoſitionis negant ſuprà relati Theologi ex rationibus, quas ſibi fingunt, & præſertim quia nituntur interpretari, leges ciuiles procedere tantùm in foro iudiciali, & externo, cum tamen vltra ſuperiùs probata, poſſem adducere contradictionem eiuſdem *Barthol. à S. Fauſt. lib.6. q.129 n 6* vbi docet, Principē
12 tametſi non adſtringatur ſuis legibus, nihilominùs venialiter ſaltem peccare illas violādo, ratione, qua debet eſſe vniuerſitati conformis; quam ſententiam ſupra vberiùs declarauimus *ex D. Thom. 1. 2. q. 2. art. 1. ad 3. Layman lib. 1. tr. 4. cap. 9. n. 3. & cap. 13. n. 1.* & proſequitur *Caram. in ſua theol. fundam. n. 1118. verb. turpis eſt. Meroll. Ioſeph Ianuar. Leſſ. Dian. Salon. Caſtropal. & alijs* relatis *animadu. 2. n. 12.*

13 Noſtra igitur concluſio manifeſta redditur ex ſupra congeſtis, vbi ſatis probauimus qualiter, & quando lex ciuilis obliget in conſcientia. Quibus ſuppoſitis pro veriſſimis, legem ciuilem in vtroque foro iuxtà po-

ſitas

ssitas declarationes, obligare respectu praesentis non dubito, quandoquidem prohibetur actus de sui natura turpis, & prohibitus ab ipso iure Diuino, naturali, & canonico. Et quamuis Gentiles Legislatores iuri Diuino, & canonico non prospexerint, lumine tamen naturali cognouerunt improbitatem iuri naturali aduersantem; quapropter huiusmodi conuentionem nequissimam reputarunt, & nullam ex ea obligationem statuerunt oriri. *l. iuris gentium, §. si ut maleficium, ff. de pact. ibi. Si ut maleficium fiat, promissum sit, nulla est obligatio ex hac conuentione. l. generaliter de verb. obligat. ibi. Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momenti, veluti si quis homicidium, se facturum promittat. l. pen. ff. de cond. ob turp. caus. l. pacta quae contra, C. de pact. ibi. Pacta, quae contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati iuris est. l. non dubium C. de legib. Iaso in d. l. pacta, quae contra n. 5. in fin. & in l. si ob turpem n. 9. ff. de cond. ob turp. caus. ibi: Sed quando turpitudo est ex parte utriusque, puta promitto decem, ut occidas hominem, absit quod oriatur aliqua obligatio, cum sit contra bonos mores, & inuitet ad delinquendum.* & sunt ex-

pressi

pressi *textus* in iure canonico in *c. quod latenter, & in c. qui ex timore de reg. iur. & c. non firmatur 18. c. non est obligatorium 58. c. qui contra 82. cap. cum quid 84. & c. penultimo eod. tit. in 6. cap. fin. de pactis. ibi: Nam etiam iuxta legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto nullam obligationem inducit.* Bartholus item in *d. l. iuris gentium, §. si vt maleficium,* sequendo *glosam*, ma-
14 gistraliter docet, obligationem esse ipso iure nullam, nullumque producere effectum, & rationem adducit, quia pactum nudum, & contractus innominatus non possunt vestiri ex adimplemento causæ iniustæ. Hanc sententiam prosequitur *Abb. in cap. quod latenter de reg. iur.* vbi firmat, ideò ex illicitè gestis non resultare vllam obligationem, quia
15 contra ius, & æquitatem fiunt; Idemque probat in *c. pactiones n. 1. de pact. ibi. Et idem dicendum est de alijs, quæ sine periculo animæ obseruari non possunt, quia vt dicunt leges pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis nec de iure, nec de facto obligationem inducit.* comprobat Guttier. *canon. q. lib. 2. cap. 10. n. 23. Caramuel. d. theol. fundam. n. 996. Bassæus in supplem. ad flor. theol. pract. verb. pactum, sub n. 8. vers. nulla*

sunt

*sunt fol.*611. vbi ait, quòd ideò nulla sūt pacta contra bonos mores, quia vel manifestè tribuunt occasionem peccati, vel præiudiciū afferunt, facilève afferre possunt moribus, quos ad commune bonum expedit esse in benè instituta Republica.

Et quamuis ipse *Caram. n.*918. claudicasset quodam modo, comparando pretium meretricij cum altero homicidij, & aliter exposuisset, scilicet concedendo *l.*2. 3. *&* 4. *C. de cond. ob turp. caus.* deinde verò negando esse legem tàm sæueram de facto latam, quæ neget meritrici mercedem; tamen nō ex quò huiusmodi legem circa meretricem non habeamus; infertur circa alia delicta non esse, vel fuisse abrogatam; constat enim ex dictis legibus Digestorum, & Codicis, & ex relatis alijs capitulis iuris canonici, Principes tùm ecclesiasticos, tùm sæculares prouidentiam his malis adhibuisse. Fateor quippè in hoc lapsos fuisse eximios, & doctissimos viros, quos aliàs obsequentissimè veneror vti magistros.

16 Non obstant in contrarium adducta. Ad primum ergò multipliciter respondeo. Primò, quia non pro labore, aut periculo, cui ma-

maleficus se subijcit, sed pro homicidio, vel dãno proximo inferẽdo promittitur. *D. Aug. in c. donare, & in c. qui venatoribus* 86. *dist. ibi: Quare donant dicant mihi? hoc in illo amant, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicam. Et in c. qui venatoribus seq non homini donant, sed arti nequissimæ; honoras in eo vitium, non naturam.*

Vnde idem *D. August.* supra *in d. c. donare* repetit verba *Psalmistæ: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. D. Augustinum* prosequitur *D. Thom.* & refert, ac probat *Turrecremata ibid. Card. de Luc. de don. disc* 42. *n.* 6. vbi donationem histrionibus factam non valere ait, quia fit contra leges, & causam turpem inuoluit.

17 Ex quibus coercenda est opinio eorum, qui homicidæ putant fidem seruandam, & immanissimum homicidij pretium esse soluendum sub prætextu operis, ac laboris præstiti, periculi, & aliorum; cum re vera nisi facinus impiè cõuentum cum effectu impleatur, ijdem aduersarij fateantur ad nihilum teneri huiusmodi expromissorem, & datum ipsi restitui.

18 Quod vltimum satè dictum (nisi versaremur

mur in illicitis) alia iuris ciuilis regula fulcire possem, quasi causa dati non sequuta. *l.1 & tot.tit. C. de cond. ob caus. dator.*

19 Secundò, quia actiones omnes non in abstracto, sed in indiuiduo considerandæ sunt, vt bonæ censeantur, vel turpes. *Diu. August. lib.2. de peccat. remiss. cap.18. D. Thom. 1. 2. q. 1. art.3. in corpor. & art. 5. vers. tertia ratio est, Andreolaus in p.2. D. Thom. q.17. de bonit & malit. act. hum. disp.108. & disp.109.* Vndè male-

20 fici actio in indiuiduo considerata, non est indifferens, sed peccaminosa, influit namque, ac principaliter ordinatur ad actū turpem, & improbatum, ideòque nec in indiuiduo potest ab opere finali, siuè effectu eiusdem actionis, abstrahi; neque ob id est pretio æstimabilis; Quandoque implicat, immò est graue absurdum damnare finem, & media ad ipsum ex proposito directa, tamquàm licita, & locabilia, iustoque digna pretio canonizare.

21 Prohibito quippè fine, prohibita censentur et media; nè aliàs lex elusoria, et in seipsa videatur deficiens *c. satisfactio 23. q. 3. de pœnit. dist.3. extrau. ambitiosè de reb. Eccles. non alienand.* in punctualissimis terminis *c. cū*

quid vna via 84. *de reg. iur. in* 6. *l. ea lege, C. de cond. ob caus. Dec. in c. quæ in ecclesiarum, n.* 117. *de constit.* etenim media participant bonitatem, vel malitiam finis, ad quem ordinãtur, vt ex *D. Thom. in tract. de malitia, & bonit. humanor. actuum*, docuit Frater noster *Pisan in suo* Gedeon *glad. propos.* 51. *sub n.* 5. *Contenson theol. ment. & cord. tom.* 3. *lib.* 6. *dissertat.* 2 *cap.* 1: *specul.* 1. *S. Vincent. Ferrer. serm.* 1. *de Sancto Martin. in princ. ibi: à fine denominantur res: & cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, & cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.* Vndè sicutì pro maleficio quidquã pacisci nequit, ità neque pro medijs, quæ eadem nequitia, & prohibitione laborant; quandoquidem eadem praua voluntate imperãte proponitur, & exequitur actus.

22 Item quemadmodum consensus vnius inductiuus, & cooperatiuus alterius, pari, vel non tàm inæquali culpa inuoluuntur, ità fortiùs operis formalis illiciti actio materialis eo fine intenta, nequit esse sine culpa, vnde non est, nec dici potest indifferens, cum ex parte operis, & operantis, ordinetur ad homicidium, vel aliud proximi damnum. Itaque & si in abstracto sumpta non habeat intrin-

trinsecam malitiam, in indiuiduo illam includit obiectiuè,& formaliter. vltra relatos, *Bonacc. de peccat.disp 2. punct.vnic.per tot. Azor. instit. mor. tom.1. lib.2. cap 2. in princ. col. 102. cap.3. lit.C. col.110. & cap.4. lit. D. col. 114.* At si quis dixerit(prout negare nequit)peccare quidem si carium, & ad reficienda dãna teneri, non tamen indè sequi, non posse promissam pecuniam exigere; Respondeo, quòd statim ac non potest actio illa considerari vt indifferens, sed in propositis circũstantijs est omninò peccaminosa, & turpis, cessat principium aduersariorum, quo destructo cessare debent, quę ex illo sequuntur,secundùm *Bald. in l. fin. C.de cond.ob caus.* Non amota itaque, nec denudata turpitudine ab ipsa actione media, perseuerat cũ ipsa prohibitio, nè aliquid debeatur. *d.c.cum quid 84.de reg. iur.in 6. Bardi ibid n.2.& 9. Barb n.5.* Qua-propter remanet illibata decisio iuris; quod vetat ex causa turpi obligationem consurgere.

25 Pro constanti quidem habuerunt lumine naturali Legislatores, non esse abstrahibiles actiones aliàs liberas, & indifferentes,ab ipso fine illicito intento, & opere turpi, cui in

indiuiduo inseparabiliter cōiunguntur. Quā veritatem agnouit, & docuit *D. August. de morib. Eccles. & Manicheor.* quem sequitur *D. Thom.* 1. 2. *q.* 1. *art.* 3 *ibi. Secundùm quod finis est culpabilis, vel laudabilis, secundùm hoc sunt opera nostra culpabilia, vel laudabilia*: Finis autem à *S. Doctore* consideratus, accipitur à fine operis, non operantis, vt exponit *Contenson vbi supra*, & latè prosequitur Frater noster *Pisan. Ged. glad. propos.* 13. præsertim *n.* 5. & *in append. n.* 42. & 43. & *propos.* 51. *per tot.* Ita vt licèt aliquādo finis operantis, seù motiuū, (vt *Pisan.* declarat ibidem) non sit malum proximi principaliter, nihilominùs si obiectum, siuè finis operis sint illicita, & turpia, neque in hoc casu actio, siuè voluntas agentis, tamquàm abstracta ab obiecto, reputetur honesta. Quæ sanè fortiùs augent nostram conclusionem, quandoquidem opus, motiuū, & finis operantis pessimam, immanemque malitiam continent.

26 Quatenus ergò aduersarij velint promittentem obligari ob periculum, & laborem à mandatario susceptum, & multo peiori consilio, ob vtilitatem, & delectationem ipsi mandanti resultantem à vindicta, morte, vel

malis

malis proximo illatis, animaduertere debuerunt hæc omnia in indiuiduo refundere malitiam in obiectum, quod ſpecificat ipſum actum; quod ſanè cum ſit malum proximo iniuſtè illatum, non poteſt quouis prætextu, nempè promiſſionis præcedentis, honeſtari,
27 cum hoc ipſum prohibitum ſit, & puniatur à lege; tunc enim actio humana abſtrahi poteſt ab obiecti, circa quod verſatur, malitia, cum ex circumſtantijs ipſum obiectum in indiuiduo ſit à malitia denudabile, ſecùs quãdo vel ex ſe intrinſecùs, vel in indiuiduo nequeat honeſtari. Idem *Piſan. d. propoſ.* 51. *à n.* 4. *& per tot. & in append. n* 43. Vnde perſeuerante cauſa prohibitionis, legis diſpoſitio procedit; immò etiam in ſenſu ab aduerſarijs conſiderato, quoniam lex humana actionem externam punire intendit pro bono vniuerſali Reipublicæ, adhuc lege reſi-
28 ſtente peteret ſicarius adimplementũ promiſſionis, & quia id conſequi vellet interdicta ſibi penitùs actione, verſaretur vtique in actuali peccato, ex regulis allatis in præcedenti, & ſic malè opinati ſunt mercedem deberi, tamquàm ob opus locabile non prohibitum.

Sed

29 Sed huius doctrinæ vera, & intrinseca ratio est, quia nullatenus in genere moris actio illa ad maleficium impensa, abstrahibilis est à malitia, qua laborat opus à lege prohibitum, & pro quo nequit quidquam pacisci, quamuis enim ex propria natura materia possit esse venalis, & locabilis, nihilominùs quia in genere moris semper est mala, ideò lex illam punit, prohibendo nè possit aliquid in pactum, vel stipulationem deduci. *Guttier. can. q. lib.* 2. *cap.* 10 *n.* 23.

At profectò non miror cõtrariam docuisse opinionem præcitatos Theologos, quandoquidem ex eodem erroneo principio deduxerunt *Tambur. Bonac. & Castropal.* cum alijs, propositiones 13. 14. 15. & 51. quæ meritò ab *Innocent. Pap. felic. recordat. Vndecimo* 30 fuerunt damnatæ; mirandum tamen est, quòd adhuc quamplures imperiti Confessarij casus tantùm ibi damnatos reputent, doctrinam verò sectandam, contra *glos. in Clem.* 1. *de elect.* quam *Cardin.* reputat singularem, & ex multis probat *Alexan cons.* 52 *n.* 10 *lib.* 4. *Abb. in c.* 4 *n.* 1 *& seq. de constit.*

Equidem cum hæc scriberem, quos curiosè de his interrogaui quid senserint, vnanimi-

nimiter respondebant, promissionem esse adimplendam, eorumdem innixi Theologorum authoritati. Vtinam ad audiendas confessiones pauciores, & aptiores admitti cuperēt, qui Sanctæ Ecclesiæ Doctores perlegerint, eorumque inhererent sententijs, vt tanto muneri se pares redderent. Vtinā plerique ex moralistis minùs scripsissent.

31 En disertis verbis conclusionem aperit *D. Thom.* 1.2. *q.* 1. *art* 3. *in corpor.* vbi docet vt quocumque modo considerentur actus humani siuè per modum actionis, eò quòd homo mouet seipsum, siuè per modum passionis, eò quòd mouetur à se ipso; semper specificantur ab actu, & actus ab obiecto, actio quidem ab actu, qui est principium agendi, passio verò ab actu, qui est terminus motus nostri. Quale igitur est obiectum, & finis operis propositi, talis erit voluntas imperās, & ita etiam actio exequens, quæ media se habet inter vtrūque, & sic abstractio actionis à turpitudine finis voliti, est plusquàm ficta, vt possit secundùm dicta aduersariorum lege resistente obligationem inducere. Quādo namque (vt dicebam) Legislatores ex huiusmodi conuentionibus nullam obligationem

tionem ſtatuerunt oriri, obiectum, & actiones circa illud, & ſic opus formale, & materialem actionem damnarunt; clariùs autẽ hæc patebunt ex reſolutione ſecundi argumenti.

Non obſtat ſecundum, nam exemplum de meretrice non eſt idem cum homicida, vndè non eſt eadem menſura decidendum, vt ex *Caietano* docuit *Guttier. d. cap. 10. n. 19. & ſequentib.* vbi impugnat *Nauarrum*, cui
32 placuit ſuſtinere, neque meretricem licitè accipere, nec aliquid pro meritricio tuta conſcientia retinere; quem ſanè Doctorem pro me allegaſſem in caſu ſuperiùs enucleato, niſi cum vtrumque vellet, à vera iuris intelligentia declinaret. Vnũ tamen premoneo aduertas, inter tot eruditiſſimos Theologos magnum intereſſe diſcrimen, alij quidem vtrumque vti turpem quæſtum negarunt, alij vtrumque deberi pro meritricio, & homicidio pariter profitentur, vt videre poteris apud *Arauxo*, qui omnium opiniones refert in *deciſ. moral. tr. de ſtat. ciu. diſp. 27. p. 2. à n. 1.* Horum autem contentiones ſi conſcientias, & Rempublicam grauent, tu ipſe cogita.

So-

33 Solutioni itaque obiecti insistendo, has mihi veras rationes suadeo. Primò, quia meretrix non lege resistente, vt in maleficio, sed ipsa lege permittente recipit sui meretricij mercedem, non quia turpe non sit meretricari, sed quia permissum fuit à Legislatoribus, ob vtilitatem vitæ, aliquid honestè accipere pro turpi sui corporis vsu. *l. 4. vbi gl. ff. de cond. ob turp. caus. Salon. de iust. & iur. q. 4. art. 3. concl. 3. verb. non est hic sermo. f. 152. & q. 62. art. 5. concl. 11. fol. 258. Guttier. d. cap. x. n. 19. Trullench. cap. 14. dub. 8. n. 1.* qui licèt pro sicario concludat in loco superiùs adducto,
34 hìc tandem sibi contrarius ait, promissionem aliàs iure naturæ validam, ità demùm sustineri, & efficacem esse, si nulla lege humana prohibeatur: Et ex solido isto principio concludit, ideò meretricem licitè accipere mercedē illius turpis sui corporis vsus, quia promissio, & acceptatio nulla humana lege annullatur. Quam etiam doctrinam generaliter approbat, sequiturque idem *Trullench. lib. 1. decal. cap. 16. dub. 2. n. 2. Merolla d. disp 4. cap. 5. n. 246.* [illegible] *cius p. 2. disp. 7. n. 15.* vbi per hæc verba conclusionem aperit: ibi: *Ergo signum euidens est,*

quòd independenter à permissione humanarum legum non est materia iustè vendibilis.

35 At posset quis insurgere contra prædictã iuris ciuilis dispositionem, opponendo exẽplum *Iudæ*, qui (vt habetur *Genes. cap.* 38.) mercedem Tamar nurui suæ promissam, quam putauit meretricem, soluendam omninò censuit; vndè potiùs naturæ promissionis, quàm legali constitutioni adscribendum est soluere meretrici mercedem.

Respondeo nihilominùs primò, quòd Iudas promissum adimpleuit, vt exigeret pignus. ibi: *Misit autem Iudas hædum per pastorẽ suum Odollamitem, vt reciperet pignus, quod dederat mulieri.* Secundò, idem quod Legislator statuit, Iudas tempore suo agnouit non esse quidem prohibitum meretrici donari,

36 aut promitti. Non enim post legem consurgit ratio in permissiuis, sed à ratione lex, quæ sanè ratio potuit animum Iudæ mouere. Nec refragatur, quòd ibi Iudas subiũgit: *Certè mendacij nos arguere non potest; ego misi hædum quem promiseram.* Quandoquidem putans se ex promissione teneri, ex hac ipsa conscientia erronea peccasset non adimplẽdo. *c. si ad peccatum* 22. *q.* 4.

Se-

37 Secundò, & præcipuè respondeo argumento principali, non militare eamdem rationem, nec idem esse in homicidio, ac in meretricio, quandoquidem meretrix tradit quod suum est, nempè sui corporis vsum, absque damno alterius, homicida verò actiones suas venderet, quas consumaret in re nõ sua, & principaliter in proximi sui perniciẽ.

38 Quod sanè discrimen inter consumantem actum turpem in alterius personam, siuè in illius iniuriam, ac præiudicium, & inter eũ, qui in se ipsum agit, disertis verbis habetur in *l. mercalem, C. de cond. ob turp. caus.* Vbi deci-

39 ditur denegari actiones marito pro lænocinio in suam vxorem commisso, neque ex hac causa promissionem exigere. Vnde mirùm est, vt quòd Imperatores Diocletianus, & Maximianus gentiles, & Christianorum acerrimi persecutores lumine naturali statuerint in *d. l. mercalem*, pijssimi cultores religionis impugnent, & contra iuris naturalis dictamen, turpes promissiones lege resistẽte celebratas, in conscientia obligare con-

40 tendant, cum & ipsæ ad exitium Reipublicæ dirigantur, & animarum; maius quippè delictum est peccare, & delinquere cum in-

 iuria

iuria alterius, quàm in seipsum. *Dec. in c. quia quæsitum n. 72. de offic. deleg. gl. in §. eos autem, vers. quod magis auth. vt iud. sin quoque suffr.* Ideoque deficiente rationis paritate, frustra ad decisionem allegatur exemplum.

Sed iterum quis instabit, si ex turpi conuentione non resultat obligatio, vt in *l. generaliter de verb. oblig.* vel in neutro, vel in vtroque ex casibus propositis eadem regula seruari debet.

41 Hac profectò difficultate inuolutus doctissimus *Nauarrus* censuit neque meretricē licitè accipere, (vt supra dicebam.) At diuersimodè sumenda est turpitudo secūdùm leges humanas, ac ius Diuinum. Illæ etenim non omnia vitia puniunt, nec omnibus adhibent remedia malis, quia cum multitudini imponantur, & stultorum sit maior numerus, ideò non prohibent, neque puniunt ea mala, à quibus tota hominum multitudo, ob humanam fragilitatem abstinere passim non potest. Itaque Deus punit iuxtà qualitatem, & grauitatem culpæ, & sic magis fornicationem, quàm furtum, Principes verò non iuxtà culpæ mensuram, sed attenta perturbatione, quæ ex delicto contra commu-

ne

ne bonum resultat, ideòque seueriùs puniūt furtum, quàm fornicationem; item plus lænocium, & adulterium, & similiter plus homicidium, quàm blasphemiam. In fornicatione igitur, & similibus lex humana se habet permissiuè, non quidem positiuè disponendo, sed negatiuè, quatenus fornicationem, & similia illicita de facto non punit;
42 Inter præcipuas namque legis virtutes huiusmodi permissio connumeratur, nè pęnarū multiplicitate, grauioribus illaqueetur malis Respublica. *c. omnis, & ibi in sūmar. dist. 3. Suar. de leg. lib. 1. c. 15. à n 5. ad 12. & c. 16. à n. 4. ad 8. P. Cannata (aliàs Sgroi) p. 7. de sent. & pæn. cap. 3. n. 123 fol 797.* Hinc *Sarmient. lib. 6. select. interpr. cap.* 8: malè deducit *Vulpianum* dormitasse in responso *l* 4. § *sed & quod meretrici, ff. de cond. ob turp. caus.* Etenim Iur. Consultus optimè respondit, & generalitatē causæ turpis ad illa refert, quæ in alterius iniuriam fiunt, & Reipublicæ detrimentum.
43 Ex dictis proindè patet differentia inter mercedem cum sicario conuentam, & aliam meretrici promissam, nam illa prohibetur à lege, hæc autem permittitur. Adeò tamen quæstus iste abominabilis fuit coram Domino,

no, vt omninò à muneribus in vateri Testamento excluderetur; vt in *Deuteron. cap. 23. ibi: Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui; quidquid illud est quod voueris: quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum.* quamuis in lege gratiæ facere æleemosinas de mammona iniquitatis monemur; quod intelligas si ad Dominum conuersa meretrix in pios vsus bona illa erogauerit; at in peccato perseuerando si spolia meretricij puta vestem sibi traditam ab amasio offerat, ad vitādum scandalum, & nè altaria huiusmodi supellectili indui viderentur, vtique reijcerē, & solùm ceram, vel similia admitterem, in quibus reflexiō hæc non obesset ad communem fidelium honestatem seruandam. Idipsum infertur ex *Archid in c. qui venatoribus 86. dist. & in c non est* 1. *q.* 1. *addit. ad Bald. in l. 4. ff. de cond. ob turp. caus.*

44 Oportet igitur animaduertere ad differētiam, quam iustissimè constituit *gl in cap. non sanè, vers. tamquàm sua* 14. *q.* 3. vt illi liceat malè quæsita in aliquod bonum opus expendere, in quem verè transit dominium, nam si alteri res illa deberetur, nullo modo liceret.

me-

meliùs recordatus docuit *Salon de iust. & iur. q. 62. art. 6. conclus. 5. vers. secundò fol. 295.*

45 Huius autem secundæ speciei esset promissio facta malefico ad maleficium patrãdum, nam cum is inhabilis reddatur à lege ad petendum, primò, peteret rem sibi non
46 debitam; Secundò, quamuis expromissor facta solutione non admitteretur ad repetendum, non ex hoc transiret dominium in accipientem, sed tantùm nuda ex traditione
47 possessio, fiscus autem intermedius percipiet illud lucrum turpiter comparatum. *l. Lucius, ff. de iur. fisc. gl. in l. 2. C. de cond. ob turp. caus. gl. in l. 3. ff. eod. Bald. in l. perpetuò in princ. & infr. vers. sed cui debent restitui malè ablata? ff. de cond. ob turp. caus. Bar. in d. l. mercalem. C. eod. Ias. in l. non dubium n. 55. C. de legib. Surd. cons. 469 per tot.*

48 Et ratio primordialis est, quia (vt dicebã) ex actu nullo, & lege resistente celebrato, non transit dominium in recipientem, Vltrà superiùs adducta *animadu. 6. n. 13. d. l. non dubium, & ibi gl. C. de legib. ibi: Sed & si quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus. l. filius 16. ff. de cond.*

instit.

instit. ibi: Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. sequitur, & probat *Caramuel d.theol. fundam.n.996.* vbi dicit sanctissimè, & verissimè respõdisse Papinianũ.

49 Sed vt pleniùs habeas hanc materiam de mercede debita meretrici, scias primò, quòd non solùm ei competit retentio, & exceptio pro accepto, sed etiam actio ad petendum promissum, non quia regulariter actio, & exceptio sint eiusdem naturæ, sed quia sicuti meretrix non turpiter datum recipit, ita nec turpiter stipulatur, & recipit promissionem. *Abb. in c. quia plerique n. 24. de immun. Eccles. Bar. in l. idem, ff. de cond. ob turp. caus. & in l. affectionis n. 1. ff. de donat. Cyn. in l. 2. cod. tit. Ioan.Lup. §.40. n. 5. Caroc. de loc. & cond. tit. de cond. ob caus. q. 10. n.96. Gizzarell.decis. S.C.N. n. 15.* vbi ampliat, vt nulla præcedente conuentione possit adhuc petere consuetam sui meretricij mercedem, ex tacito pacto resultante ex illa locatione, & vsu sui corporis. Contraria autem dispositio *Tex. in l. fin. de act. & oblig.* procedit in mulieris promissione, quam vir exigere nequit stante legis prohibitione,

bitione, vt declarant *Bart. & Abb. cit.*

50 Secundò, non absolutè procedit doctrina *Abb. ibid.* vbi voluit publicam meretricem, & in publico lupanari viuentem, atque ad publicum quæstum expositam posse mercedem petere, & acceptam acquirere, aliàs fiscum sibi capere turpem lucrum; quandoquidem & si non sit publica meretrix, poterit occulti sui meretricij licitè petere, & accipere mercedem, immò tantò iustiùs, quantò secretiùs faciat; non enim desinit esse meretrix, quæ sui copiam facit mediante pecunia, licèt occultè, nec quibuscumque absolutè. *l stuprum, & l. palàm, §. item quæ cum vno, ff. de ritu nupt.*

51 Benè verum est, quòd neque hæc intelligenda sunt iuxtà sensum, & generalitatem, qua loquutus est *Gizzarell.* alios referens *dict. decis. 54. n. 20.* vt id etiam liceat mulieri coniugatæ, & moniali; istæ namque nulla lege humana tolerantur meretricari, immò expresè damnantur; ideòque quò ad coniugatas pertranseo cum *Cyno Abb.* & sequacibus, vt fisco acquiratur, quod ex damnato illo coitu (nō meretricio) perceperint. addo *Peregr. de iure fisci lib. 2 tit 9 n. 2.* Cum moniali

52 verò tamquàm exēpta, nihil ſe habet fiſcus, ſed potiùs monaſterio; non ex vi pauperta-tis promiſſæ tantùm, ſed vti loco pio turpis ille quæſtus eſt applicandus, iuxtà doctrinam *Trullench. lib. 7. decal. cap. 14. dub. 6. n. fin. Salon. de iuſt. & iur. q 62. art. 5. contr. 3.* vbi volunt malè quæſita eſſe diſtribuenda pauperibus; quorum opinionem iuxtà hanc intelligentiam amplector, vbi nullus eſt certus eorum Dominus. docuit etiam *Ariſt. lib. 5. æthic. cap. 4.* vbi appellat iniuſtū lucrum acceptum ob adulterium, quia nēpè cōtra leges accipitur.
53 Nec me mouet exemplum, quod *Gizzarel. n. 21* adducit de virgine ſtuprata, cui ſolent paſſim tribunalia aſſignare dotem, & cogere ſtuprantem inſpecta qualitate vtriuſq; quandoquidem virgo & ſi nōdum erat meretrix, incepit meretricari, & quia nec Deo erat cōſecrata, nec alligata viro, habebat ad meretricandum extremum habile; *l. idem, vbi gloſ. ff. de cond. ob turp. cauſ. gl. in l. 2 verſ. turpem, C. eod.* Dos vero loco mercedis aſſignatur, quia tanti primus ille actus amiſſæ pudicitiæ ſit æſtimabilis ratione damni illati ipſi corruptæ; *Arauxo vbi ſup. n. 17.*

In quo etiam attenditur fauor Reipubli-

cæ,

cæ, & ipsius mulieris, nè defectu congruæ dotis virum inuenire nequeat, atque ex hoc capite exturbata spe matrimonij, liberis hominibus careat Respublica, eademque mulier in posterum meretricari cogatur. Concurrit etiam actus iustitiæ parentibus debitę, nè remaneant in damno, & cum onere supplendi dotem; neque stuprans conqueri potest de excessu mercedis ad dotem, animaduertere quippe debet, primum fuisse, qui cum mores, & honestatem virginis agnoue-
54 rit iure naturæ custodienda, fædare præsũpserit; maius etenim malum est mores corrumpere, quàm aliorum substantiam prædiaque diripere *c. deteriores* 6. *q*. 5.

55 *Hinc* habes resolutionem alterius exempli de laborante in die festiuo, dãnatur enim pro temporis circumstantia laborare, non labor ipse, *gl. in d. c. qui venatoribus sub vers. saltuosa* 86. *dist.* nec mercedem pro illo reci-
56 pere prohibetur à lege, quæ in euertendis obligationibus tantũ prospicit ad opus, quod per se refertur ad causam turpem in alterius iniuriam, vel Reipublicę perturbationem, ac euersionem communis tranquillitatis. id ipsum expresse docuit *Salon. de iust. & iur. q.* 62.

art. 5 concl. 5. verſ. obſeruemus vltimò fol. 255. idemque ſentijt *Anguian. de leg. lib. 3. contr. 7. n. 14. Arauxo d. p. 2 diſp. 7. n. 17. in fin. Trullen. lib. 7. decal. cap. 14. dub. 7. n. 9.* vbi ex authoritate *Sayr. in clauib. lib. 10. tr. 5. c. 2. n. 19* generaliter in hæc verba concludit. *Quando opus propter quod datur pretium, non eſt per ſe peccatũ, nec datio ex obiecto eſt mala ſed tantùm ex circumſtantia loci, temporis, perſonæ, ſcandali, voti, iuramenti, &c. licitè pretium retineri poſſe: nam & ſi actio ſit illicita, & peccatum, non tamen eſt iniuſta. Vnde non tenetur reſtituere, qui in die feſto, vel loco ſacro negotiatur, vel ſeruiliter laborat pro pretio.* Ex cuius doctrinæ contextu agnoſcit quicumque diſparitatem, & quantum inter ſe diſtant ratio, qua mouentur leges contra maleficum, & ratio laborantis in die feſtiuo.

57 Ità pariter conſtat non obſtare argumentum de milite, cui in bello iniuſto militanti debetur ſtipendium, nam vltrà rationes adductas, quòd à lege humana non prohibetur illud accipere, vnde ceſſante tali lege, remanet æquitas naturalis ne Princeps alieni laboris, aut periculi commodum ſentiat; alia quoque ratio concurrit, quòd & ſi à pe-

tendo

tendo ſtipendio ex generalitate diſpoſitionis in *d.l. generaliter*, repelleretur acciperet nihilominùs alia via, nempe ex renunciatione Principis illum conducētis, cuius fiſco malè quæſita deberētur ex ſupradictis. Quæ ſanè reſponſio replicationem non admittit, cum ad excludendum proprium dolum, & ſi (citrà veritatem) ſtipendium eſſet à lege dānatum, teneretur præcisè illi renunciare, quò ad propriam vtilitatem, quemadmodū inter priuatos licet cedere iuri in ipſorū beneficium principaliter introducto. Benè tamen aduertas, quòd non intelligo (ſuppoſita lege) illam abrogando licitè agere, quia deficeret ratio rectè ſtatuendi, ſed dico, quòd in ſuppoſitis circumſtantijs in dolo verſaretur, niſi ab illo lucro abſtineret. At quia turpis, & doloſus reputaretur huiuſmodi quæſtus reſpectu Principis, ideò talis lex in toto corpore iuris non reperitur, quapropter ceſſat fundamentum ab aduerſarijs ex tali exemplo deductum.

58 Ad tertium reſpondeo, fidem eſſe ſeruādam in licitè promiſſis, non in impijs, & turpibus, hæc enim nullam producunt obligationem, neque ſeruanda ſunt. *Can. in*

ma-

malis 22. *quæſ.* 1. *ibi*. *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Impia enim eſt promiſſio, quæ ſcælere impletur*. *Iaſ. in l. ſi plagij n.* 8. *de verb. oblig. Fagnan. in c. antigonus n.* 4. *de pact.* ſcripſi latè *animadu.* 13. *n.* 43. *& per tot. p.* 1.

Fruſtrà propptereà laborant adverſarij in euertendo genuinam illius *textus* intelligentiam, vbi admittunt procedere, vt ante patratum crimen teneantur à promiſſis recedere, poſt tamen impletum facinùs oporteat ſeruare fidem, quandoquidem clamat *Diu. Auguſt. Qui facit aliter quam facere debet, facere non dicitur*. Et eadem concluſio comprobatur in *can. negotium diſt.* 5. *ibi*: *Quæ ergò ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionem animus non recurrat.*

Et quidem qui promiſit, vel teneretur ex contractu, vel ex vi iuſtitiæ, vel fidelitatis. At neutro iſtorum obligatur, quia contractus eſt nullus, & improbatus, vt dicebam, fauore publico ex cauſa ſuæ turpitudinis iuri naturali, & humanæ ſocietati aduerſãtis; ideòque nec naturalem obligationem producit. *Leſſ. Suar. Trullench. Couarr. Rodriq. Menchac. & alij apud Eſcob. de vtroque for. art.* 2. *n.* 13. *p.* 1.

Si-

Similiter iustitia, & fidelitas cum sint virtutes considerari nequeũt ad corroborãdum turpem conuentionem, & inductiuam ad malum, vt ad propositum discurrit *Arauxo decis. mor. tr. de stat. ciu. disp. 7. sub n. 6. p. 2 f. 407.* & in terminis probat *Ias. in l. si plagij n. 9. de verb. oblig. & in d. l. si ob turpem n. 9. ff. de cond. ob turp. caus.* vbi ait ideò damnatam fuisse à Legislatoribus, nè aliàs inuitentur ità paciscentes ad delinquendum; implementum autem præstitæ fidei redoleret primam causam, & in primam ipsam malitiam coincideret, immò resultaret absurdum, quòd iussu confessarij videretur quodam modo approbata detestabilis omni iure conuentio prædicta, & actionem sanctissimè denegatam à legibus, is tribueret, vt eleganter probat *Excob. d. tr. art. 5. à n. 306.* Ex quibus detegitur error *Fagund.* vbi *in 8. præc. decal. lib. 4. cap. 27. n. 18.* voluit, teneri confessarium ad restitutionem, si fuit negligens in obligando pœnitentem.

60 Magis dicta elucescunt ex sequenti ampliatione, quæ procedit in fortioribus terminis; quærunt enim Doctores, an rectè, & legitimè possit aliquid tradi in remuneratio-

nem

nem delicti præteriti, vbi nulla præcessisset promissio, & conclusiuè resoluunt, tripliciter hoc posse contingere: testando, promittendo, aut tradendo. Primò casu illicitè fit, si sit remuneratio rei turpis, & à lege damnatæ, secùs si sit permissa (intelligas de permissione negatiua;) In secundo est nulla ipso iure promissio, nec aliquã producit obligationem; In tertio verò traditione transfertur dominium in recipientem, (quantum est ex parte dantis, qui illud à se sponte abdicat) sed iste tradens non tenetur de euictione, fiscus tamen intermedius aufert hæc malè quæsita, iuxtà superiùs dicta, quæ sanè in vtroque foro procedunt. *Bald. in cons. 5. & cons. 116. p. 4. incipit: omittendum est, quòd promissiones.* Addent. *ad Bar. in d. l. generaliter de verb. oblig. Ias. in l. si plagij à n. 7. ad fin. eod. tit.* vbi & *n. seqq.* post *Cyn. Bald. Innoc. & alios* docet, quòd disposita in *tit. de condict. ob turp. caus.* & in *l. Lucius de Iur. fisc.* procedant etiã in foro conscientiæ, adeò vt mulier, quæ non sit publica meretrix, (quod tamen in-
62 telligas iuxtà explicationem superiùs à nobis traditam) non possit sibi acquirere turpẽ illum quæstum ex vsu sui corporis resultantem,

tem ſed fiſco acquiratur ex diſpoſitione di-ctarum legum. Quam doctrinam ait idem *Abbas* ſibi multum placere, & eſſe valdè no-tandam.

Prędicta tamen declaro ſi præteritæ turpi-
63 tudinis remunerator ſit particeps, nam ſi tur-pitudo ſit ex parte recipientis, diſtinguendum eſt an in datione exprimatur cauſa turpitudi-nis, & tunc repeti poteſt condictione ob turp. caus; vel non eſt expreſſa, & videtur donatum vndè repeti nequit, nec fiſcus quidquam prę-tendere poteſt. *Hoſt. Fed. de Sen. & alij* apud *Iaſon. in Rub. ff. de cond. ob turp. caus.*

Ex his ergò vides plurimum erraſſe Theo-logos, vbi dixerunt quod monialis, & mulier
64 coniugata licitè recipiant, & acquirant do-minium turpis quæſtus ex vſu corporis ſui, quandoquidem putarunt iuxtà terminos iuris naturalis, licitè accipere turpem hanc merce-dem, tamquàm dominas vſus membrorum ſuorum, ſed profectò ſe deceperunt, cum qui-bus etiam concurrit doctiſſimus. *Salon. de Iuſt. & iur. q. 62. ar. 5. concl. 2. & 3.* omiſſis namque, quæ etiam iure naturali inſpecto, contra hanc improbitatem afferri poſſent, ſtā-dum eſt iuri poſitiuo contrarium expreſsè

65 disponenti, cui secundũ idem ius naturale nemini contrauenire licet. vltrà superiùs latè cõgesta, docuit magistraliter *Innoc. in c. sicut dignũ de homic. Anch. in c. possessor de reg. iur. in 6. Abb. in c. Rex pacificus n. 4. & 5. in proœm Greg. & in c. 1. n. 9. & in c. concupiscientiam à n. 21. de constit. addent. ad eumd. Abb. in c quia plerique n. - de immun. Eccles Trullench. lib. 7. decal. cap. 14. dub.* 8. vbi videtur sibi contrarius in eo, quod voluit pro principali, quam impugna-
66 mus conclusionem; ait enim: *quia omnis conuentio, & promissio, quæ iure naturæ valida est, nec lege vlla humana prohibetur, efficax est, & eod. lib. 7. cap. 20. dub. 5. nu. 2.* magis in terminis docuit: *nam de re mala certum est promissionem non obligare: sic qui ob pecunias promisit occidere inimicum, nec promissor, nec promissarius tenetur, nec valet promissio, qua parte est prodiga, quamuis iuramento sit firmata,* vt benè *Sot. lib. 4. de Iust. q. 7. ar. 1. ad 2. & Bannes q. 62. ar. 5. dub. 5. quia adminus prodigalitas est veniale.*

Esto igitur quòd veniale sit, in ipso actu solutionis peccaret, quod est contra illam opinionem, qua superiùs putauit solutionem abstrahi ab opere illicitè patrato. At quoniam finis grauis est, & in materia graui, petentem in

casu

casu proposito, quia sibi non debitum petit, lætaliter peccare concludimus; addo eumdē *Trullench. d. lib. 7. cap. 18. dub. 3. n. 8. erga fin.* vbi ex doctrina *Less. & Castropal.* docet quòd si lex decernit contractum nullum, nec
67 indicat id ad forum tantùm externum restringendum, possidens ex tali contractu nullo iniustè possidet, & tenetur ante omnem iudicis sententiam restituere, quia potest lex eo casu tollere naturalem obligationem. Et quamuis
68 ibi dicat non teneri priùs quàm alter repetat, intelligas, si scienter, non impeditus, nec per impressionem taceat, vt in præcedentibus firmaui. Ex eodem et igitur *Trullench.* patet quàm erroneū sit illud aliud principium, quo cum *Villalob. & Bonacc.* voluit *d. lib. 7. cap. 17. dub. 2.* quod in turpibus obligationibus non est de mente legum tollere obligationem naturalem. Iterum addo eumdem *Trullench. d. lib. 7. cap. 16. dub. 2. nu. 2.* vbi ex *Couar. in c. quamuis pactum par. 2. §. 4. n. 23. de pact.*
69 *in 6.* docet quod contractus aliàs de iure naturæ validi ob consensum præstitum, tamen non obligabunt si à iure positiuo irritantur; & rationem subdit, nam quemadmodum possunt contrahentes apponere pacta, & condi-

tiones, sine quibus non obligentur, multò magis poterit Princeps publica authoritate, qua subditos regit.

Demum non obstat *tex.* in *can. si ad peccatum* 22. *q.* 4. ex quo aduersarij deducere possent regulam pro se, quandoquidem dixi supra *n.* 35. introspecta doctrina *D. August.* euidenter constat de veritate nostræ conclusionis, ait enim ibi S. D. non posse prætendere socium criminis sibi fuisse violatam fidem, immò potiùs cogitare debuit fidem tantùm humanæ societatis esse seruandam, ne præda iniqua fieret ex homine; Et quàmuis in fine subdat quòd alter negans seruare fidem socio criminis vtrobique perfidus iudicetur, id tamen procedit, vbi ex conscientia erronea putet se po-
70 tuisse sacramento obstringi, illudque modò violare, non adimplendo turpem promissionem; quapropter fides appellatur quantum ad errantis opinionem, vt apertè exponit ibidem *glosa*, & clariùs patet ex *cap. seq.* vbi idem *S. Augustin.* firmat, eadem perfidia inuolui mulierem coniugatam, quæ fidem præstitam adultero rumperet, eoque expulso, alteri contra promissionem se copularet; damnabiliùs itaque ait alium admittere, sed hoc non ratione

tione promissionis violatæ, quæ non est seruanda, sed quia primo peccato seperaddit secundum, iterum turpiter paciscendo cum alio adultero, quod sanè habet propriam, & intrinsecam de se malitiam, vt ex *glos. ibid.* quæ tamen non concurrunt in casu nostro, in quo non implementum irritæ, & omni iure improbatæ promissionis, non solùm non superaddit nouam malitiam, sed iure ipso naturali
71 dictante omittitur, ne scælera quisquam sibi premio digna suadeat, contra expressam Canonum, & ll. dispositionem in *c. administratores. c. non est crudelis. c. qui malos. c iudex. c. homicidas. c. si audieris* 23. *q.* 5. In propositis terminis *gl. in d. c. si ad peccatum* 22. *q.* 4. vbi seclusa conscientia erronea, docet quod magis peccet socio criminis tradendo, quàm sibi retinendo quod alteri deberetur.

Cum igitur in punctualibus terminis habeamus tanti Doctoris authoritaté, Iuris Pontificij ac Cæsarei decisione fulcitam, aliorumque superius relatorum, vlteriùs insistere, & de soliditate nostræ conclusionis hæsitare magna quidem esset ineptia.

Sed an sicarius acceptam pecuniam pro maleficio teneatur ante sententiam restituere

fisco

fisco, & an interim faciat fructus suos? De hoc inferius erit sermo absolutis quaestionibus de pecunia iudici in corruptelam data.

ANIMADVERSIO NONA.

Acceptum ex corruptela nequit acquiri ab fiscali, estque iure naturali restituendum; iure autem ciuili fisco applicatum contra Bonacc. Salon, Tamburin. & alios.

Summarium.

1 *Restitui debet acceptum à iudice pro iustitia administranda, secus pro iniustitia comprimenda & operum.*

2 *Restitutionis radices explicantur. & n. seq. & 6. 8.*

3 *Dominium non acquirit accipiens pro actu iniustitiae: ratio n. 6. & 7. 14. 15. 29.*

4 *Principatus est de iure naturae, & humana societas est conseruanda n. 5. 24.*

6 *Actum iniustitiae vendens, quantum in se est Deum vendit. est inuendibilis n. 9. 11. 16. & 29. est peior fure n. 10. tenetur ad damna n. 13.*

Da-

12 *Datum ob actum iniustitiæ non repetit dans.*
17 *Impossibile quot modis, & qualiter accipiatur? n. 20. 21. 22.*
18 *Homo secundùm intellectum, & secundùm sensum valdè differt.*
19 *Iustitia est maxima inter virtutes.*
25 *Restitutio depositi est de iure naturæ.*
26 *Officialis quomodo tenetur facere iustitiam. n. 27. 28.*

PRæsentem dubitationem distinguendo resoluunt recentiores Theologi: aut datur pecunia Iudici pro iustitia administranda,
1 aut pro committenda iniustitia. Primo casu teneri Iudicem ad restitutionem volunt, in secundo negant.

Discriminis apud eos est ratio, quia ibi iudex tenetur petenti iustitiam facere, ideoque pro opere ad quod adstringitur ex munere suo, non potest aliquid accipere vltra mercedem sibi debitam, & à lege taxatam. At in secundo dicunt non esse restituendum iure naturæ, à quo radix restitutionis descendit ob iniustam acceptionem, quandoquidem non inuito domino, sed spõtè datum recipit ab eo, qui suorum bonorum habet administrationẽ,

& è

& è conuerſo illi tribuit actum iniuſtitiæ pretio æſtimabilem, ad quod is nullum ius habet, nec ipſe iudex tenetur *Bonacc. in tract. de restit. disp. 1. q. 3. punct. 3. propoſ. 1. n. 8. Tambur. lib. 7. Decal. cap. 5. § 3. n. 3. & 17. Salon. de Iuſt. & iur. q. 62. ar. 5. contr. 3. concl. 5. verſ. reſpondeo ex contextu fol.* 256.

Verùmtamen doctrina iſta quò ad hanc ſecundam partem mihi videtur damnanda, coincidit enim cum alia de ſicario in præcedenti animaduerſione relata.

Priuſquàm autem vltra progrediar, præmitto, præfatos Authores ſe decepiſſe, nam quia putarunt Iudicem non teneri reſtituere danti, deduxerunt licitè retinere.

2 Retentis itaque terminis iuris naturalis, radix reſtitutionis deſcendit ratione iniquæ acceptionis, iniquè profectò acceptum ſibi nemo poteſt acquirere. Iniquitas autem in præſenti multifariam conſiderari patet. Primò reſpectu dantis, & recipientis; ſecundò reſpectu materiæ, & negotij, circa quod verſatur; Tertiò reſpectu illius, in cuius iniuriam committitur.

3 Seorſim, & in abſtracto ſumptis dante, & recipiente, certum eſſet ex traditione volun-

tariè

tariè facta, transferri dominium; in indiuiduo verò & in statu dubitationis magnam contineri iniquitatem ex parte vtriusque, ex principijs in præcedenti relatis, & melius ex infrà dicendis.

Rursus de iure naturali homo est animal sociabile, & politicum in multitudine viuens;
4 multitudo autem est ordinata ad aliquem finem; quapropter debet de iure naturæ ab aliquo regi, qui ad illum finem perducat. Ex *D. Th.* probat frater noster *Pisan. conclus. decisiu. n. 3. Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 46. n. 24.* quoties igitur iste finis peruertitur, & qui tenetur hanc tueri societatem, ad exitium con-
5 spirat, toties contra dictamen naturalis rationis operatur. *S. Th. 1. 2. q. 92. ar. 1. ad 3. c. quæ contra distint. 8. c. abijt iudas vers. cum societatem* 11. *q.* 3. vbi habetur quod quantum
6 in se est, Deum iste talis vendit. in terminis *§. illud auth. vt iudices sine quoquo suffrag.* ibi: *legem hanc soluere quantum ad se præsumentes.* Vndè iure naturali, siue naturali ratione resistente, non potest sibi pecuniam illam acquirere, cum accipiat vnde non debet, quod etiã
7 est vnum de requisitis, nè peruertatur vsus pecuniæ in dissipationem Reipublicæ, cui iu-

dex in sui gradus genere praeest. *Egid. de regim. Princ. cap. 17. Afflict. in const. iudex si accepta n. 3. de pæn. iud. qui mal. iud.*

8 Respectu secundi capitis iniquitatis, non esset opus alia probatione, cum ratione rei iniustè acceptæ Theologi communiter probent restitutionem iure naturali venire. *Salon. de Iust. & Iur. q. 62. ar. 2. per tot. Bonacc. d tr. de restit. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 3. & seq.*

Hic autem nequeas intelligere de pecunia vt sic, sed in sensu à nobis proposito, quandoquidem venditur à iudice res aliena, quæ sci-
9 licet est fisci, & alterius collitigantis. Vendito igitur actu iniustitiæ, (ò tempora, ò mores!) confertur in ementem fumus, seu ve-
10 riùs globus nequitia inflatus, nec multum distat à furto, quoad modum, per ea, quæ tradit *Fab. in Cod. de cond. ob turp. caus. def.* 1. licèt in se furto peius, ac sceleratius esset hoc crimen. *D. Th.* 2. 2. *q.* 66. *ar.* 8. *ad* 3. ibi: *& tanto grauiùs peccant quàm latrones, quantò periculosiùs, & communiùs contra publicam iustitiam agunt, cuius custodes sunt positi.*

Venditur in substantia quod alienum est, vnde ita vendens nequit sibi pretium acquirere,
11 immò vterque facit contra ius publicum, &

con-

contra communitatem ad vnum finem societatis seruandæ de iure naturali ordinatum. *gl. in c. ius publicum dist.* 1.

Non obstat quod ille fumus voluit scienter emi, nam hoc ipsi corrumpenti nocere po-
12 test, nè pretium indè repetat, non autem vt parti læsæ, & Reipublicæ inferat præiudiciũ; & quidem alteri collitiganti omnes communiter docent teneri corrumpentem, & simili-
13 ter iudicem reficere damna, & interesse, Reipublicæ verò nullam rationem faciunt, cũ & ipsa sit principaliter læsa, vti principalis domina iustitiæ, quæ ciuibus ministratur. Nec obstat quod emens scienter rem alienam, neque pretium recuperet, nisi expresse sibi caueat de euictione, vt probaui *anim. 6. n.* 30. nam eo casu domino est consultum per reiuendicationem rei suæ, & totum damnum subest emptor, qui eo casu videtur pretium donare; & hoc sanè venditori potest acquiri, quia tantùm agitur principaliter de interesse priuatorum, & vti priuati paciscuntur. In propositis autem terminis officialis vti persona publica, & communitatis principale membrum, immò in suo gradu quasi caput illius, vendit actum iniustitiæ, siuè iustitiam ipsam,

cuius administratio ad Rempublicam spectat, nec alia via posset ius Reipublicæ reintegrari, nisi reducendo ita turpiter paciscentes ad terminos iuris naturalis, dictantis, vt nemo ex propria improbitate sentiat commodum, sed potiùs pœnas condignas scæleri luat. vltra quod res est de se inalienabilis, & actus est quasi simoniacus, secundum *Did. Couar. in reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. Salon. de Iust. & iur. q. 68. contr. 2. concl. vltim. in sub tit. an quis possit accipere pecuniam nè accuset. fol.* 496. *Arauxo decis. mor. de stat. ciu. p. 2. disp.* 7. *nu.* 13.

Qua igitur ratione iudex non est dominus, & rem alienam vendit, immò & inalienabi-
14 lem, pretium non facit suum, & iure dictante naturali illud vero domino debet. Dominiū autem in presenti applicatur fisco nomine Reipublicæ, non quia hæc habeat iniustitiæ dominium, & ad ipsam ius vendendi pertineat, sed quia est pretium detrimenti à Republica passi, seù veriùs venit in pœnam criminis. Lege *D. Th.* 2. 2. *q.* 68. *ar.* 4. *ad* 2. Immò ex quo damnum multò magis excedit, à Iure ciuili, cuius est proprium similia prospicere, ex naturalis dictamine rationis, aliæ

adij-

adijciuntur pœnæ, quibus expiari huiusmodi
flagitia liceat.

Pessimi quippè cæteris esset exempli; &
quamuis secretò soleant patrari conuentiones,
effectus est publicus, cum reducatur in actis;
15 & si versemur in ciuilibus, præpotentia &
calumnijs conculcaretur debilioris iustitia, in
criminalibus autem cresceret alijs delinquen-
di commoditas. *c. pauper* 11. *q.* 3. ibi: *cito vio-
latur auro iustitia, nullamque reus pertimescit cul-
pam, quam redimere nummis existimat.*

Res prætereà venditur impossibilis iure ip-
so naturali inspecto, ob intrinsecam, quam
præ se fert turpitudinem. Quippè ius natura-
16 le pro vt homini congruit, est quædam vis
animæ, idest quædam ratio humanæ creaturæ
à natura insita ad faciendum bonum, & ad
cauendum à contrario, secundum *Cyn.* quem
prosequitur *Ang. in* §. *ius naturale inst. de Iure
nat. gen. & ciu. Less. de Iust. & iur. lib.* 2. *cap.*
2. *dub.* 2. *n.* 9. *vers. ius naturale.* quodcumque
igitur contra huiusmodi dictamen rationis ho-
17 mo faciat, vtique posse non dicitur, sed po-
tiùs ex concupiscentia, & animi sui pertur-
batione velle. *gl. margin. in c. humanum dist.* 1.
Salon. de Iust. & iur. q. 57. *ar.* 2. *fol.* 9. *t.* 1.

etc.

etenim homo ipse secundùm intellectum summæ bonitatis est particeps, quam sæ dissimè exuit, cum sensibus inseruiendo comparatur iumentis, nec quibuscumque, sed etiam insipientibus; & similis illis, non euadit, non nascitur, sed efficitur praua sua voluntate; quæ sanè similitudo præcipuè constat apud *P. Segnar. in reflex.* 14. *Maij*, cum laxis habenis passionibus inhærendo, iustitiam spernit, quæ maxima est inter virtutes, magisque conuenit communi bono societatis humanæ. *C. si sæculi leges* 12. *q.* 2. ibi: *& quia summum in rebus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique seruare, & in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri.* nota *ly potestatis*, & expone cum supra citata glosa, iuxtà concupiscentias, quandoquidem ex iuris naturalis dictamine arcemur id posse, quod non debemus. Quam philosophiam docuit *Senec. in morali epist.* 90. ibi: *tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet, non putat posse*; oportet quidem distinguere inter id, quod naturaliter de facto possumus, & id quod de iure naturæ possumus. Nefarium coitum consumare quis de facto potest, & parricidiū, quod inter animalia experimur, sed non ex hoc infer-

fertur quòd homines; qui ſoli ſunt iuris natu-
ralis capaces, id etiam inſpecto iure naturali
poſſint, ex quo naturaliter,& ſecundùm par-
tem inferiorem, & animaleitatem operari vi-
deantur. Ideoque ex hoc iuris naturalis vni-
uerſali principio,ad præcipuas practicas con-
cluſiones deſcendimus, vt ex D. Th. proba-
uimus *animadu.* 2. *n.* 3.

*I*mpoſſibile hoc itaque de iure naturæ, na-
turali lumine agnoſcendo Legislatores, pecu-
liares ſuperaddiderunt regulas, prohibendo
22 quaſcumque conuentiones oppoſitas,ex qui-
bus nullam ſtatuerunt oriri obligationem de
iure, nec de facto, & quodcumque fuerit ex
ea ſubſequutum, caſſum, & inutile haberi. *l.*
non dubium. C. de legib. l. filius 16. *de cond in-*
ſtit. c. nemo poteſt de reg. iur. in 6. *c. pactiones*
vbi Abb. n. 1. *de pact. Caram. theol. fundam. nu.*
996. & in his habentibus virtutem naturalem
aduerſantem, verificatur, vt nemo ſupremus
23. Princeps contrarium præcipere , vel ſtatuere
poſſit, nec ſubditi parere teneantur , cum re-
cta ratio legis ferendæ deficeret. Si ergò nulla
lex eſſet, qua caueretur iniuſtitiam licitè vẽ-
di, quomodò ſibi poſſibile reputabit iniquus
iudex , itaut ſuæ nequitiæ valeat acquirere

pre-

precium? aut qua mente causam condemnando sub graui culpa, effectum ex ea subsequētem reputabimus iustum? Implicat quidem ex dictis.

Rursus, iuris naturalis est, quod lumine na-
24 turali intellectus nostri cognouimus esse faciendum, & ex natura rei æquum, & iustum est; vt superiori obedire. *Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 5. dub. 3. n. 10. vers. obijcitur secundò, & vers. seq. Salon. vbi supr. q. 57. ar. 2. col. 10. tom. 1.* & nouissimè probat *ex D. Th.* frater noster *Pisan. conclus. decisiu. n. 3.*

25 Item de iure naturæ est depositi, ac commendatæ rei restitutio. *c. ius naturale dist. 1. Salon. ibid. col. 10.* quapropter cum in casu isto strictiùs, & copulatiue concurrant obedientia superiori debita, & commendatæ iurisdictionis rectum exercitium, maiori ratione obligationem restitutionis contrarium inducit, tùm quò ad partem damnificatam ab ipso Iudice, tùm etiàm quò ad Rempublicam læsam (idem dicas de Principe) ad quam
26 principaliter commendata spectat authoritas, cum ea Iudex non vtatur ad finem debitum iuxtà Principis, & Reipublicæ mandatum, sed potiùs euertat, siue accepta pecunia iudi-

cer,

cet, siuè corruptus sceleratiùs iniustitiam vendat, ideòque deiniuria non solum parti, verùm quoque Reipublicæ multò magis tenetur, tamquàm fur, & pirata bonorum illius: *Fab. d. def.* 1. *C. de cond. ob turp. caus. facit Salon. q.* 62. *ar.* 1. *conclus.* 1. *vers. similiter ad secundum in fin. f.* 193. *& probat apertè D. Th.* 2. 2. *d. q.* 68. *ar.* 4. *ad* 2.

27 Iudex quippè non est, sed destructor, si deficit in eo iustitia. *c. iustum* §. *iudex* 23. *q.* 2. *c. iudices* 1. *q.* 1. nec reipublicæ reddit quod sibi ad commune bonum fuit demandatum, atque ab eo exigi per quasi contractum disertis verbis præcipit Imperator in *d.* § *illud auth. vt Iudic. sine quo. suffrag. ibi: non sinimus autem nec spectabilibus Iudicibus, nec alteri alicui quamlibet eis oppressionem, aut iniustitiam inferre, aut ciuilibus omninò causis communicare, & nos eis honestatem seruemus, & illi puritatem nobis, deuotionemque restituant.*

Ecce quomodò protestatur Iustinianus, & cum eo omnes boni Principes, à ministris, quos honore habent, restitutam velle iurisditionis commissæ puritatẽ, idest rectam administrationem. Rapit ergò iniquus Iudex, sibique vsurpat quod nullo iure potest, nec si-
28

bi competit, atque hinc resultat quod supra dicebam, nempè rem alienam, & prorsus impossibilem, atque inalienabilem vendi; vndè iure naturæ inspecto, pretium quouis prete-
29 stu ab aduersarijs considerato, nequit acquirere. *Didac. Couarr. in regul. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. apud Salon. de Iustit. & Iur. q. 62. ar. 5. contr. 3. vers. vltimo, opinio.* quamuis ibid. Couarruuias opinatus sit pauperibus esse distribuendum acceptum, alteri namque quæsitum est ius repetendi, vt inferiùs patebit.

ANIMADVERSIO DECIMA.

1 Exornatur materia capitis præcedentis ex resolutione contrariorum *contra Salon.*

Summarium.

1 *Pecunia illicitè expenditur, si vltrà quàm debetur. n. 2. 3.*

4 *Omne ius præcipit alterum non lædere.*

5 *Princeps ex iusta causa aufert dominium.*

6 *Vno ex contrarijs in lege naturali præcepto, contrarium censetur vetitum. n. 7. 8.*

7 *Iustitia administranda est absq; pretio. n. 3. 10. 12. 13. & per tot.*

Actus

9 *Actus bonus, vel malus est ad mensuram virtutis, aut vitij. num. 20.*
10 *Donatio prodiga est illicita. reuocatur. n. 11.*
12 *Lex ciuilis nisi reuocetur per canonicam ligat in conscientia. nu. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22.*
14 *Pretium corruptelæ officialis, cui acquiritur? 15. 16. 17. vsq; ad fin.*
17 *S. P. quam potestatem temporalem habeat in alienos subditos?*

PRosequendo materiam præcedentis animaduersionis, quò ad vltimum caput iniquitatis contectæ in turpi, qua versamur acceptione, dico quòd licèt quis sit pecuniæ
1 suæ dominus, tamen vt rectè vtatur, expendere tenetur, vt debet *Egid. de regim. Princ. d. cap. 17. Salon. de Iust. & iur. q. 5. ar. 1. concl. 2. fol. 144.* non autem in exitium Reipublicæ, vt esset in corruptela iudicis, tunc
2 enim (vt dicebam) quantum in se est ad humanam societatem dissoluendam contra dictamen iuris naturalis, procederet *d. c. quæ contra dist. 8.* ibi: *turpis enim est omnis pars suo vniuerso non congruens, D. Th. 1. 2. q. 92. ar. 1. ad tertium.* confert: *Less. d. lib. 2. cap. 46. n. 24.* dixi supra *ani n. 2. n. 6.* quapropter con-

3 tra hanc disciplinam agendo, proijceret quidem pecuniam, nec absque graui labe, vt patet ex dictis, sed in accipientem dominiũ non transferret, cum non sit ista liberalis donatio, sed emptio, & venditio turpiter pacta de re aliena, immò prorsus inalienabili de iure naturali, quod (vltra prædicta) insita, ac maiori ratione, quàm ius ciuile, præcipit al-
4 terum non lædere, & communitatem in iustitia, & tranquillitate tuendam.

5 Vndè rectè infert *Salon.* vbi mox citatus, pro bono totiùs Reipublicæ, quem posse à Principe priuari rei suæ dominio, quo abvti videtur.

6 Pro coronide tandem adijciam, quòd vbi vnum contrariorum in lege præcipitur, (loquor de naturali) alterum censetur expresè prohibitum. *gl. in c. humanum verb. prohibetur dist.* 1. vbi ad propositum legitur. *numquàm inuenimus expresse prohibitum in lege, vel euangelio, nisi per quamdam consequentiam, nam vbi vnum contrariorum præcipitur, per consequens aliud prohibetur.* cum igitur omni iure Diuino, & humano vetitum sit aliquid accipere pro abstinendo ab opere turpi, multò minus ad illud faciendum potest accipi, & retineri; hoc

enim

enim est illius de directo contrarium.

Roboratur præterea hoc idem argumentum, nam cum iuxtà communem omnium
7 Patrum consensum, præceptum habeamus in lege ministrandi iustitiam, nihil iniquè accepto, eius contrarium est multò minùs iniustitiam vendere, vt exponit *gl. in c. non licet* 11. *q.* 3. ibi: *multò magis iniustum*; non prout malè interpetratur. *Salon. de Iust. & Iur. q.* 62. *ar.* 5. *contr.* 4. *concl.* 5. *vers. sed contra, & uers. seq. col.* 255. & 256. *tom.* 1. qui ait ly multò magis, accipiendum, vt multò magis à iure positiuo prohiberi debeat. Comprobatur ex *c. pœnale* 14. *q.* 5. vbi deciditur non ideò rapinam permitti, quia solummodò furtum pro-
8 hibeatur in lege veteris testamenti, & in præceptis Decalogi, quinimmò maiori ratione prohibita est rapina; lex enim à toto partem significauit. Idemque reassumpsit *D. August. in quæst. Deuterom.* 37. *ad cap.* 23. quod legitur *in c. meretrices* 32. *q.* 4.

9 Ideòque quò magis iniquior est actus contra virtutem, eò magis vetitum esse censemus, quemadmodum quò res est sanctior, eò grauiùs offendi. *gl. in c. monet vers. pœnale* 22. *q.* 1. *c. adulterij* 32. *q.* 7.

Ex

Ex quibus omnibus apertè liquet deceptos
esse relatos, & alios Theologos, qui docuerũt
Iudicem corruptum ad iniustitiam faciendam,
sibi acquirere acceptum pretium iniquitatis,
nec esse contra ius naturale, quasi hoc scæle-
ra tueatur; cum aliàs ijsdem pateat prodigam
10 donationem, & in damnum familiæ, quam-
uis de bonis proprijs, iure naturæ esse pecca-
minosam, & malam. *Salon. d. q. 62. art. 5. con-
tr. 3. concl.* 1. quem tamen cogor adhuc im-
pugnare in eo, quod ibi ait, nihilominùs esse
11 validam; quandoquidem in portione iure na-
turæ filijs debita, iuxtà taxam ab humana le-
ge constitutam, reuocatur, etiam si titulo do-
tis in alteram ex filijs collata sit; *Bald in l. si to-
tas C. de in offic. don. & in l. vnic. C. de in offic.
dot. Bertrand. cons. 71. n. 8. lib. 1. Fontan. de
pact. clauf. 5. gl. 1. p. 3. n. 16. & seq. fol. 55. &
ead. clauf. 5. gl. 8. p. 3. n. 28. & seq. fol. 156.
Bilott. decis. 31. Luc. ad Grat. cap. 472. & cap.
950. Surd. cons. 332. à n. 13. Molin. de rit. nup.
lib. 3. q. 6. à nu. 82. Cutell. de don. spec. 2. per
tot.* Facchin. *contr. iur. lib. cap. 84. col. 794.
Merlin. de legit. lib. 2. cap. 20. à n. 11. ad fin &
cap. 21. Fab. in Cod. de in offic. don. def. 20. &
22. & tit. de in offic. dot. Card. de Luc. de dot. disc.*

145. *addent. ad Ludouij. decis.* 539. *Praes. de Franch. decis.* 104 *& decis.* 170. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 86. cum igitur Salonius illam appellauerit prodigam, & contra ius naturae, talem animaduertere debuerat non esse, nisi in portione filiorum, & in ea retractari. Si volueris autem saluare dictum *Salonij*, poteris quidem illud concipere, vt scilicèt reuocabiliter mero iure valeat, donec retractetur per quaerelam, iuxtà tex. *in d. l. si totas, & in d. l. vnic.* quod tamen non obstat nostrae principali conclusioni, immò ita donans aduertendo ad actũ, quem gerit, peccat quidem in ipso actu, nec irreuocabile transfert dominium in accipiẽtem.

Discrimen autem est inter prodigam donationem, & datum in corruptelam, vt ibi intantum transferatur dominium reuocabile, quia agitur de beneficio introducto ad priuatorum vtilitatem, at in corruptela lex omninò resistit ob bonum publicum principaliter prospectum, ideoque hac posita circumstantia resultat quod cum nequeat acquirere, alienum retineat contra *Ius* naturale, vt superiùs dicebam.

Minus autem rectè loquutos conijcies relatos

tos theologos, vbi dixerunt quòd ius ciuile condemnando improbitatem, de qua est sermo, locum sibi vendicet in foro iudiciali, & externo, non verò in conscientia; satis namque constat ex dictis in præcedentibus pro grauitate materiæ obligationem inducere; &
12 quoniam ista est profectò inter grauissimas, cum habeat pro obiecto naturalem virtutem, admixtam communi bono societatis humanæ, vtique transgressorem lætalem culpam incurrere non ambigimus.

Ex hæc satis dicta sint pro euersione fundamenti, quo putabant aduersarij non esse contra ius naturale acquiri turpissimæ nequitiæ pretium.

Ad confirmationem conclusionis, superioribus prossimis enucleatæ capitibus, accedit
13 vtrumque ius positiuum, canonicum, & ciuile. *In iure quidem canonico* expresè deciditur apud *c. non licet. vbi gl.* 11. *q.* 3. *&* *in c. non sanè* 14. *q.* 5. ibi: *cum autem iudicia, & testimonia, quæ nec iusta, nec vera vendenda sunt, iniqua, & falsa venduntur, multò scæleratiùs vtique pecunia sumitur, quia scælerate etiam quàmuis à voleutibus datur. Ille tamen solet tamquàm malè sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum* iu-

iudicium emit, quoniam venale esse non debuit. (turpitudo quippè versatur ex parte recipientis.) *Qui verò pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse.*

Ex quibus verbis ponderandum est primò illud *solet*: quod intelligas cum *gl.* ibidem, quando non ea mente dedit iudicem corrumpendi. secundò, verbum *vellet*, *nisi timeret*, idest pænam iudicialem; *vel puderet*, idest nisi pudore afficeretur malæ conscientiæ ex aduerso clamantis.

Vellet igitur ex perturbatione concupiscentiæ, pudet nihilominùs quia ius naturale, Diuinum & humanum violasse meminit. Ideoque intus intelligit, vt qui turpiter pecuniã suam expendit, iustè illa priuatur. Ob scæleſtã autem acceptionem vtroque casu patet restitutionem fiendam, diuersimodè tamen, nempè in iusto iudicio ipsi danti (nisi sit particeps turpitudinis) in maligno verò quia expresse
14 non est iure naturali apertum, aliqui putarunt distribui debere pauperibus, (vt supra dicebam) & quodam modo rectiùs quàm *Bonaccina*, *Tambur. Less. Salon. & Bartholom. à Sancto Fausto* relati, vt videre poteris apud *Didac. Gouar. in regul. peccatum. p. 2. §. 2. n.*

7. Silueſtr. verb. reſtit. n. 3. §. 5. par. 7.

Verùm neque iſtorum eſt opinio ample-
ctenda, nam cognito ſcælere à gentilibus quo-
que Legiſlatoribus, ex princip ijs iuris natura-
lis, naturali lumine cognitis, æqua prouiden-
tia ſtatuerunt quid eſſet occurrente caſu exe-
15 quendum; quapropter iuris ciuilis deciſioni
ſtandum eſt cum in materia verſemur propria
ſuæ poteſtatis. approbatur enim ab ipſo iure
16 canonico, niſi repugnet euangelio, vel ec-
cleſiæ præceptis, & ſic aduerſetur animarum
ſaluti, quo caſu lex ciuilis per canonicam ab-
17 rogatur, quia licèt poteſtas temporalis ſit in
Principe ſæculari, tamen quia Sum. Pont. ha-
bet iudicium ſpirituale per ſe, & etiam iudi-
cium temporale mediatè, & in ordine ad bo-
num ſpirituale, ideò per comparationem ad
iſtud, habet quoque poteſtatem abrogandi le-
gem ciuilem peccati nutritiuam, aliàs ſecùs.
Frater noſter Piſan. d. concluſ. deciſiu. de poteſt. Summ. Pontif. n. 4. & ſeq. Meroll. diſp. 4. de legib. cap. 3. dub. 2. n. 67.

In terminis autem noſtræ concluſionis, quod lex ciuilis cum non aduerſetur iuri canonico ſit ſeruanda tamquàm à iure canonico approbata, ſunt textus expreſſi in *c. de capitu-*

pitu-

pitulis, & c. vestram dist. x. c. imperialis 25. q. 2. c. imperatores in fin. 11. q. 3. c. lege c. si in adiutorium dist. 10. c. non frustrà, c. res autem humanæ, c. ad fidem, c. regum; c. principes 23. q. 5. & alibi passim Bonacc. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 29. scripsi animadu. 4. nu. 31. p. 1. Vela dissert. 45. n. 47. & seq. eodemque iure ciuili pro regimine temporali Reipublicæ nedùm reliqui Principes Ecclesiæ subditi,
18 sed & ipse Sum. Rom. Pontifex vtitur, cum nisi vsuris exceptis, alijsque rarissimis casibus, non se opponat ad æternam consequendam fœlicitatem. Et in proprijssimis nostris terminis leges ciuiles esse seruandas in coscientia docuit cum Thomistis Salon. d. tract. de Iust. & iur. q. 71. ar. 4. concl. 3. in subtit. de donarijs vers. secundò; sicut lex. fol. 581.

Ius igitur ciuile (cui ob authoritatem Principis illud seruari volentis, ex pacto generali societatis humanæ parere cogimur; c. quæ contra dist. 8. D. August. lib. 3. confess. cap. 8. n. 2. Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 46. dub. 3. n. 24.) expresse præcepit quid sit pro casuum diuersitate seruandum; quapropter ad euitandam confusionem per conclusiones enucleabo. Animaduertere tamen oportet, quod

 licèt

19 licèt loquar de iure humano, non est sumenda ratio à posteriori, nam, vt superiùs dixi præceptum, siuè prohibitio iuris ciuilis habens causam, & motiuum Superiorem naturalis virtutis, cui contrarium se opponat, includit culpam theologicam, & (vt vis) in genere moris, ideòque non erit illud malum, quia prohibitum, sed prohibitum, quia intrinsecè, & de sui natura malum; quo sanè detecto æquiuoco, euadere poteris aduersariorum errorem, vbi dixerunt prohibitionem iuris ciuilis redolere malum ciuile, & exter-
20 num; cum tamen scire debuerint, à primordio causæ formandum esse posteriorem euentum, qui per eamdem rationem procedit: *l. fin. C. de impon. lucr. descrip. & ibi glos. vers. primordium. Bald. in l. 2. n. 6. C. quod met. caus.* Cumque leges loquantur super re de iure naturali prohibita, prohibitionem sumere debemus secundum naturam, idest naturalem rationem, qua noscimus dolum nemini prodes-
21 se debere: cuique iura seruanda: interdictum esse cuicumque locupletem fieri cum aliena iactura, vt constat ex adductis authoritatibus, quibus addo tex. in *l. non debet 75. l. non fraudantur 176. §. nemo. l. iure naturæ de reg. iur,*
c. lo-

c. locupletari de reg. iur; & demum Rempubli-
22 cam, & humanam societatem in pace, & tranquillitate tuendam, vt latè apud *Salgad. de Reg. protect. p. 1. c. 1. prælud. 1. à n. 40. ad 47.* cum alijs *relat. hic anim. 4. n. 3. quorũ cõprobationem* adeas omninò quæ scripsi *animadu. 4. à n. 22. ad n. 32. p. 1.* vbi tradidi quòd licèt modi à Iure ciuili sæpiùs constituantur ad acquirendum, alijque similiter prohibeantur tamen cum bonum, & honestum ipsius in recta naturali ratione fundetur, illud seruari debet tamquàm præseferens causam descendentem à iure naturali, cuius rectam rationẽ contrafaciens euertere videtur. Tandem accedit alia ratio vt iure naturæ inspecto teneatur officialis ad hanc restitutionem, nam cum ipsi stipendium sit à lege, iuxta mores cuiusque Prouinciæ taxatum, illud est iustum, & sibi debitũ, & non vltra; quidquid ergo vltra iustum pretium accipitur in omni genere contractus, & negotij, iniquè accipitur, & restituendum est; quæ satè conclusio non patitur contradictorem. Quòcirca non solùm ex præcepto iuris humani, sed ex ipso iure naturali (saltem supposita lege) tenetur officialis
23 acceptum per corruptelam restituere; cui
autem

autem facienda sit restitutio à iure humano ex dictamine naturalis rationis certus ordo præscribitur.

Quibus ità præmissis ad præcipuas conclusiones deuenio.

ANIMADVERSIO VNDECIMA.

Solutum ob concussionem repetitur, datum autem ob corruptelam fisco debetur.

Summarium.

1 *OFficialis pecuniam ex concussione acceptam restituit ipsi danti; ex corruptela tenetur Fisco. n. 2. 4. 5. 6. 7. est incapax ad acquirendum. n. 8. 9. 12. 13.*

3 *Corruptus quibus modis dicatur officialis?*

8 *Repetitio denegatur corrumpenti officialem. ratio num. 12.*

9 *Inhabilitas ipsa est pœna, & non requirit sententiam declar. n. 10.*

11 *Delictum nemini prodesse debet.*

Ad or-

AD ornatum profectò propositæ materiæ prima sit conclusio, quando Iudex
1 extorquet ab inuito metu carceris, aut alterius iniustæ concussionis, quia tunc tenetur quicquid iniquè acceperit, restituere ipsi danti, quandoquidem solus iudex versatur in causa turpi. *l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. l. quod euitandi cum l. seq. & l. pen. & fin. C. eod. § & hæc quoque præcipimus auth. vt litigant. iur. §. eos autem auth. vt iud. sin. quoque suffrag.* Doctor. in sequent. concl. *mox refer.* & sunt expressi tex. de Iure canonico in *c. non licet, cap. vnicuique, & c. seq. 11. q. 3. c. non sanè 14. q. 5. cum gl. communiter ibidem.* quæ profectò sententia nullum habet contradictorem, eamque tùm Theologi, tùm V. I. Doctores secundum ipsum Ius naturale tanquam indubitabilem canonizant.

Secunda sit conclusio, vt quando quis non per concussionem à Iudice passam, sed spon-
2 tè ad eum corrumpendum pecuniam dedit, vterque illam perdat, & fisco applicetur. *c. in pari delicto 65. vbi gl. de reg. iur. in 6. Bard. ibidem n. 2. & seq. l. 3. vbi gl. ff. de cond. ob turp. caus. gl. in l. 2. C. eod. auth. nouo iure. C. de pæn. iud. qui mal iudic. §. si quis autem* (vndè auth.

illa

illa sumitur) *auth. vt litigant. iurent. Bar. in d. auth. nouo iure circa fin. Bald. in d. auth nouo iure, & in l. seq. C. eod. & in l. 2. §. sed si dedi, & in l. perpetuò vers. sed cui debent restitui malè ablata. ff. eod.* ibi: *resp. si sunt malè extorta à certis personis non participantibus facinus turpitudinis, eis debent restitui, vt hic, si autem à certis personis participantibus turpitudinem, non debent reddi eis, sed fiscus aufert. l. lucius ff. de iur. fisc. Abb. in c. cum ab omni nu. 8. de vit. & honest. cleric.* ibi: *sed hic cadit vna bona quæstio, & vtilis, numquid tradens pecuniam, possit illam repetere tamquàm indebitè solutam? & exclude vnum casum indubitabilem, quando dedit eo animo, vt iudicem corrumperet ad ferendam præcisè sententiam pro se, nam tunc cessat repetitio, cum turpitudo versetur ex vtraque parte, fiscus enim talem pecuniam repetere potest, quia ipse accipit omnia ista illicitè acquisita, vt l. lucius ff. de iur. fisc.*

Ex quibus habes, iudicem dici corruptum non solùm si detur pecunia, vt malè iudicet,
3 sed etiam vt ità iudicet, & in vtroque casu pecuniam acquiri fisco, iuxta dictum *textum in l. lucius*, quem Iuristæ, & Canonistæ communiter probant. Prædictis addo de iure municipali huius Regni, *Constit. si iudex. const. corrup-*

ruptelæ, & const. litigator. cap. 45. Reg. Ioann. cap. 80. *Reg. Carol.* &. demum *pragmat. 3. tit. 13. ne officialis munera accipiant à litig. tom.* 1. per quæ iura constat peruigilis cura sæpessimè habita in remouendis ab hac Prouincia huiusmodi scæleribus, & illibata vndique triumphare videatur iustitia; repetuntur etenim pænæ iuris communis, & aliæ superadduntur, quas omitto, tamquàm non facientes ad præsens *I*udicium pænitentiale, de quo est sermo.

Verùmtamen præuideo non modicam difficultatem, quæ Lectori potest occurrere, quis scilicet retinebit hanc pecuniam fisco nōdum repente? Eam quippè agnouit *Salon. vbi supr. q.* 62. *ar.* 5. *controu.* 3. *conclus.* 6. *tom.* 1 *fol. mihi* 265. vbi resoluit ante sententiam esse danti restituendam, ea verò sequuta, fisco, vel
4 cui ipse voluerit. Ratio est apud eum, quia cum *I*udex reddatur inhabilis ad eam acquirendam, dominium remanet penès dantem, à quo non nisi post sententiam aufertur.

Videtur eius argumentum concludere cui sint ignota legalia principia, & ea, quæ in præcedentibus solidissimè probauimus. En quot absurda ex *Salonij* dictis resultant. Primò,

5 grauaretur Iudex parti, deindè quoque fisco restituere. Secundò, ad hoc vt se ab onere duplicis restitutionis præcaueret, respectu dantis, cogeretur adhibere ad minùs testes idoneos, non consanguineos, nec multùm familiares, vt in casu repetitionis, possit exigere quod fisco soluere condemnaretur. Tertiò, teneretur se prodere dictis testibus. Quartò, se exponeret manifestò periculo subeundi criminale iudicium, tùm quia etiam amici sæpissimè mutantur, tùm etiam quia experient à patet vnumquemque habere suum confiden-
6 tem, cui facta propria etiam cum suo discrimine aperire sibi complaceat, idcòque difficile esset secretum perseuerare; nam de vno ad alium, ad illum tandem res peruenire solent, qui secreto illo timens se suffocari, citò se exonerare decernit. Sicque pecuniam, famam, & bona propria amitteret, præsertim quia criminali iudicio super his instituto, testes etiam singulares, sufficiunt ad condemnandum, præsertim in Regno, ex dispositione dictæ *pragm. 3. tit. 13. t. 1.* & tamen in his circumstantijs
7 quicumque à restitutione excusatur. post *Rebell. Nauarr. Less. Filiuc. Turrian.* & alios *Bonacc. de restit. disp. 1. quæst. vltim. punct. 1. à*

num.

num. 11. *Guttierr. can. q. lib.* 5. *cap.* 38. *nu.* 18.

Sed his omnibus omissis, dictum *Salonij* est
8 contra expressum casum legis, quæ & si iudicem reddat incapacem dominij, dantem similiter inhabilitat ad repetendum, itaut nulla requiratur sententia ad auferendam ab eo pecuniam. *l.* 3. *ff. de cond. ob turp. caus.* ibi: *vbi autem, & dantis, & recipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus, veluti si pecunia detur, vt malè iudicetur. l.* 2. *C. eodem tit.* ibi: *frustrà eam restitui desideras, cum in pari causa, possessoris conditio melior habeatur. l. mercalem C. eod.* ibi: *ac solutæ quantitatis cessat repetitio d. c. in pari delicto de reg. iur. in 6.* vbi nota, Summum Pontificem, & Imperatores non loqui de dominio, sed de possessione. Quod autem
9 contra inhabilem non requiratur sententia probant mox referendi, quia pœna est ipsa inhabilitas ad aliquid faciendum. *Meroll. disp.* 4. *cap.* 5. *à n.* 84. *ad n.* 101. *Bonacc. de legib. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. *§.* 2. *sub n.* 8. *vers. his positis in fin & sub nu.* 10. *Suar. eod. tract. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 2. *Dian. resol.* 24. *tr.* 10. *p.* 1. *Caiet. Silu Nauarr. Azor. & alij* apud *P. Cannat.* (*aliàs Sgroi*) *p.* 7. *de sent & pen. cap.* 3. *n.* 22. vbi ex communi sententia docet, quòd inhabilis absque

declaratoria obligatur in conſcientia, quod
tamen intelligas ſi non requiritur (provt hic)
hominis miniſterium ad inhabilitatem incur-
rendam, vel vbi ipſo facto imponatur; itavt
inhabilis tali caſu abſtinere teneatur ab eo, ad
quod incapax eſt effectus, niſi cum crimen
ſit occultum, infamiam apud alios incurrere
10 ex dicta abſtinentia præuideat. *Doct. ſupr. ci-*
tati. Quæ ſub declaratio non concurreret in
præſenti.
11 Fundatur autem ſupradicta iuris concluſio
ſuper illo principio, quo leges volunt nemi-
nem ex ſua improbitate conſequi actionem,
immò delinquentes corporum pati pœnas, &
rerum. *l. non fraudantur §. nemo vbi gl. de reg.*
iur. l. qui re §. ſi quis alteri ff. de furt. ibi: *ta-*
men cum eo is, cuius intereſt, furti habet actionem
ſi honeſta ex cauſa intereſt. l. itaque fullo eod. tit.
de furt. ibi: *ſed nemo de improbitate ſua conſe-*
quitur actionem. quod eſt conforme iuri natu-
rali, neque dans ſecundùm idem ius conque-
12 ri iuſtè poteſt, cum ipſe quantum in ſe eſt,
tranſtulit in accipientem pecuniam, & à ſe
ipſo abdicauit, ad tex. in *d. c. abijt iudas vbi*
gl. verſ. vendunt 11. q. 3. & expreſſim *per tex.*
in l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio C. mandat.
l. Se-

l. Senatus ff. de contr. empt. l. final. ff. de damn. infect. quoniam verò etiam Iudex pecuniæ
13 dominium nequit acquirere, sed sola ex traditione transfertur in eum possessio; *Ias. in l. non dubium. n. 55. C. de legib. Bald. in l. perpetuò in princ. ff. de cond. ob turp. caus.* probatio tantùm requiritur, vt ab eo tamquàm à non domino, & illicite comparata auferatur. *d. l. lucius & l. aufertur ff. de iur. fisc. gl. in l. 3. ff. de cond. ob turp. caus; & in l. 2. C. eod. l. commissa ff. de public. & vectig. l. ex iudiciorum ff. de accusat.*

Sed nè vltrà in *Salonium* insurgere quò ad hoc videamur, neue alij eius authoritate à nostra conclusione declinent, adduco eumdem *Salon. q. 62. ar. 7. contr. 5. vers.* secundò vbi sibi contrarius ait: *secundò quando isti iuxtà conclusiones positas tenentur restituere, restitutio ista non est facienda pauperibus, sed illi, cui pœna illa à iure, vel consuetudine erat applicanda, fisco, scilicet, vel accusatori, vel parti, quia isti habent ius in illam, suntque certi illius pecuniæ domini; pauperibus autem (vt diximus) restitutio facienda solum est quando nullus apparet certus dominus.* hæc ille, apud quem sermo est de officiali qui gratis, vel accepta pecunia reũ

non manifestat, vt patet *ead. contr.* 5. in corpore, & *concl.* 3. *ibid.*

ANIMADVERSIO DVODECIMA.

Pignus reuendicat dominus excluso fisco; solutum verò ad illius liberationem, non repetit, sed fisco debetur, qui tamen ex liberalitate donatum causa finita, non aufert.

Summarium.

1 R*Euendicatio pignoris conceditur corrumpentis non repetitio pecuniæ datæ n.* 2 *ratio* 3. 4. 5. 6. *declar. n.* 8. 9.

7 *Pœna criminis corruptelæ.*

10 *Officialis licitè accipit sponte datum lite finita. declar. n.* 11. 12. 13.

13 *Solutio scienter facta purgat vitium antecedens. declar. n.* 14. 15.

15 *Repetitio conceditur pro indebitè, & ex errore soluto, limita in filiofamilias. n.* 16. *ratio ibid. declar. num.* 17

18 *Leges ciuiles non solùm procedunt in foro externo. n.* 19.

Ter-

TErtia conclusio si Iudex proferenda iniusta sententia, vel vt ità precisè iudi-
1 cet, non est consecutus pecuniã, sed promissionem sub accepto pignore admisit, non poterit promissum exigere, immò tenetur restituere pignus nisi in actuali peccato perseuerare cupiat. Hoc est contra doctrinam recentiorum Theologorum superiùs impugnatam, quandoquidem in eorũ sensu potest retineri, & accipi precium iniustitiæ venditæ; sed nihilominus cum iuris peritis non recedo à prædictis.

Ratio discriminis est (comparato casu secundæ conclusionis) quià ex traditione pignoris non transfertur dominium in accipientem, nec ea mente datur, vt istius fiat, prout in tra-
2 ditione pecuniæ, cuius dominium quantum in se est abdicatur ab ipso dante.

3 Item quia pignus nequit accedere contractui nullo ideòque creditor non potest se tueri, sicuti possessor pecuniæ ex causa turpi, nam domino non ablato pignoris dominio,
4 competit reiuendicatio, soluenti verò è contra denegatur repetitio. Qui igitur rem alie-
5 nam retinet, versatur in mala fide, donec illam restituat, nec valet excusari prætextu pactæ pecuniæ, quandoquidem ei non debetur, nec

6 nec petendi conceditur actio; immò expressè denegatur ab eodem iure ciuili, vt in *d. tit. Digest. & Cod. de cond. ob turp. cauſ. & in tit. C. de pæn. iud. qui mal. iud. d. Constit. corruptela, & in d. pragm. 3. tit. 13. tom. 1.* vbi prohibito abſolutè conuentionis, & acceptionis crimine, tandem dati triplum, promiſſi
7 duplum reſtituere fisco damnatur. Diſertis autem verbis caſus iſte reſoluitur apud *gl. in c. qui venatoribus verb. meretricibus erga fin. dist. 86.* ibi: *ſed pignus non pignoratitia; ſed reiuendicatoria repetere poſſum gl. in l. 2. ff. de de cond. ob turp. cauſ. gl. in l. 2. C. eod. Iaſ. in d. l. 2. ff. eod. Bald. in c. cum ab omni de vit. & honeſt. cler. & in d. l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. Paul. de Castr. in l. 1. §. ob rem igitur n. 11. ff. eod.*

Ex quibus infertur, quod ſi aliqua pars conuentæ pecuniæ ſoluatur iſti prætenſo credi-
8 tori tale pignus habenti, etiam ſpontè, & poſt acceptam ſententiam, adhuc tamquàm illicitè acquiſita debetur fiſco, cum nec ſpontè nec liberè ille ſoluat durante cauſa coactionis, exiſtente nempè pignore penes iudicem, ſed planè ad illud redimendum; neque hic intrat regula primæ concluſionis ſuperiùs poſi-

posite vbi dximus datum per concussionem repeti posse, quia & si postmodum coactè soluat, fuit nihilominus ab initio in causa, & particeps turpitudinis; quippe & si translatio
9 dominij procedat à voluntate dantis, tamen attenditur à sua causa obligatio *Ias. in leg. generaliter n. 5. in fin. ff. de verb. oblig.* secus autem esset, si non intercedente pignore, nullaue coactionis causa perseuerante, nec promissione præambula, post sententiam aliquid
10 spontè detur, non in recompensationem iustitiæ acceptæ, quæ venalis non est, sed ob affectum, quia tunc cessante primordiali causa turpitudinis, spontè datum sibi in vtroque foro acquireret, nec iste casus est de comprehēsis in *dicta pragm. 3. & in d. auth. vt litig. iur.* & alijs legibus allegatis, cum tantùmmodò à litigantibus prohibeatur accipi munera; vi- deas *Paul. de Castr. in l. si ob turpem n. 1. 6. 7. & 8. Bald. ibid. & in l. 2. §. sed si dedi ff. de cond. ob turp. caus.* in fortioribus terminis frater noster *Pisan. Gedeon. glad. propos. 45. n. 7.* vbi probat *ex D. Th. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 2.* non esse simoniam aliquid dare post acceptum beneficium, non ob illud collatum, & in compensationem rei sacræ, sed ob affectū,

quo id collator fecit: Immò esse probatum, vsum Ecclesiæ, non esse simoniam, si aliquid gratis datum à sacramenta petentibus accipiatur.

Benè verum quamuis de prædicta doctrina non dubitem, tamen quia Iudices ministrando iustititiam in magno versantur periculo quòd trahantur quò aliàs nollent, (loquor de consilio) laudabiliter se gerent, si neque post
11 iustam sententiam huiusmodi donaria admittant, nè si alia occurrat occasio litigandi, sint laqueum Diaboli ad peruertendum iudicium, nisi illa sint intra limites honestæ liberalitatis, vel modica, circumstantijs, siuè tempore inspectis. *c. & si quæstiones §. in hoc itaque de simon. Abb. in d. c. cum ab omni n. 8. de vit. & honest. cler.*

Dixi quòd datum expleto iudicio, nulla interueniente causa coactionis, vel promissione, sibi iudex acquirit, & quò ad perseuerantiam coactionis etiam resolui; superest pro complimento; videre quid iuris quando præcesserit promissio, deindè verò post sententiam fuerit ad solutionem deuentum. In quo dubio distinguendum est, an ab initio turpitudo fuerit ex parte vtriusque, an tantùm ex parte reci-

12 recipientis? primo casu cessat repetitio, & iuxtà iura allegata debetur fisco; Secundo verò casu cum nulla subsit causa turpis, vt supponimus, iudicio finito, cessat ex alio capite ius repetendi, quia nempè cum illud in-
13 debitum scienter soluat, videtur ex liberalitate donare, nec obstat prima recipientis turpitudo; quia per spontaneam traditionem purgatur vitium præcedens, cuius causa pertransijt. dixi *anim. 8. n. 63. Bald. in d. l. si ob turpem.* vbi materiam lucidissimè exponit.

Declara tamen hoc secundum distinctionis membrum, nisi subsit alia causa, quâm ap-
14 probatio primæ promissionis, puta metus maioris mali. *add. ad eumd. Bald. ibid. Bar. in l. si per impressionem. C. de his quæ vi met. caus.*

Declara secundò si per iuris ignorantiam,
15 putans se teneri ex dicta promissione soluisset, nam licèt ex sola naturali obligatione non oriatur actio, tamen vbi quis indebitum naturaliter quocumque errore soluit, etiam si ciuiliter tantùm teneatur, & sic sola ciuili, & inefficaci obligatione, nèdum in foro cõscientiæ, sed etiam in iudicio consequitur repetitionem, quia cum hæc suffulta sit naturali æquitate, magis præponderat quàm ri-

gor iuris; ideòque illud ex errore solutum, ipso iure ciuili assistente rectè concidit.

Et quod diximus supra de spontanea traditione est prorsus innixum deliberatæ voluntati donandi, cuius præsumptionem quiuis error excludit. *l.* 1. *vbi gl. & Bar. Ias. Bald. Paul. de Castr. & Alex. ff. de cond. indeb.* ad
16 differentiam solutionis factæ à filio familias, cui error iuris non suffragatur ad repetendũ ex vi Sen. Cons. Macedoniani, sed oportet, vt errore facti soluisset, putans se ex alia causa teneri.

Discriminis autem ratio est, quia erat obligatus naturaliter, & proindè solutio quamuis errore iuris facta, si pecunia sit castrensis, vel quasi ipsius filij, inducit translationem dominij, quia datur ad liberandum, quamuis
17 si soluatur de pecunijs patris, aut tertij, competat patri vendicatio, vel condictio. *l. si filius familias ff. si cert. pet. & l. cum tamen §. si ab alio ff. ad Sen. Cons. Maced.* vt rectè & subtiliter in casibus respectiuè exponit *Ias. in d. l si filius familias per tot. Bald. ibid. in §. non solùm.*

Quibus omnibus rectè perpensis, conclu-
18 das quæso non esse contemnendas leges ciuiles,

uiles, earumque Interpetres, isti namque melius quàm Theologi earum virtutem sunt perscrutati, ideòque magis ipsis credendum est, cum controuersia sit de iuris intelligentia, non autem absolutè proferendum, quòd leges tantùm procedant in foro externo; etenim in ijs; quæ naturales virtutes respiciunt, lumine naturali omnibus communi, secundũ
19 ius naturale iustissimè, & sanctissimè prodierũt; itẽq; vbi agitur de publica vtilitate ius ciuile in vtroque foro seruandũ est; ad Principẽ enim spectat suorum mores componere subditorum, vt latè in præcedentibus est probatum.

ANIMADVERSIO DECIMA TERTIA.

Fiscus aufert datum etiam pro sententia iusta, nisi ad id indicia prauitatis officialis impellant, quo casu danti conceditur repetitio.

Summarium.

1 *Corruptela est dare ad sententiam ita ferendam. ratio. num. 2. 4. 5. 6. declar. n. 9. 10. 11. 12.* *Sen-*

g
ipl
Et
tione
taci d
error ex
Paul. de
16 different
cui error
ex vi Sen. C
errore facti
teneri.
Discriminis
gatus naturali
uis errore iuris
vel quasi ipsius
dominij, quia da
17 si soluatur de pe
petat patri vend
lius familias ff. si c
ab alio ff. ad Sen. C
tiliter in casibus re
l si filius familias
solùm.

-ritudo versaretur ex parte recipientis, &
-am modo per concussionem, quapropter
-as est excusandus à pœna imposita à le-
-umque repetit, iuxtà tradita in prima
-one; quibus addo *gl. in c. non sanè* 14.
in c. & si quæstiones vers. non petenti
ar. in l. si per impressionem. C. de his
-uè caus.
-em manifestè probare quòd ita
-per est præsumptio contra se-
cum ab omni vers. abstinere.
cler. Abb. ibid. n. 8. Mut. in d.
præsertim *nu.* 44. vbi fir-
-pecuniam repeti, si ex-
-orruptela appareret.
manifestè probetur
-endam vexationem
-ligas in genere pro-
-iatæ, & quò ad
-dicium erit for-
-uis extrinseca
-, sed totum
-) ita vt pru-
-dinem con-
reg. iur. in
-am cũ aliàs
dare

non manifestat, vt patet *ead. contr.* 5. in corpore, & *concl.* 3. *ibid.*

ANIMADVERSIO DVODECIMA.

Pignus reuendicat dominus excluso fisco; solutum verò ad illius liberationem, non repetit, sed fisco debetur, qui tamen ex liberalitate donatum causa finita, non aufert.

Summarium.

1 R*Euendicatio pignoris conceditur corrumpenti; non repetitio pecuniæ datæ n.* 2 *ratio* 3. 4. 5. 6. *declar. n.* 8. 9.

7 *Pœna criminis corruptelæ.*

10 *Officialis licitè accipit sponte datum lite finita, declar. n.* 11. 12. 13.

13 *Solutio scienter facta purgat vitium antecedens. declar. n.* 14. 15.

15 *Repetitio conceditur pro indebitè, & ex errore soluto, limita in filio familias. n.* 16. *ratio ibid. declar. num.* 17

18 *Leges ciuiles non solùm procedunt in foro externo. n.* 19.

Ter-

TErtia conclusio si Iudex proferenda in-
iusta sententia, vel vt ità precisè iudi-
1 cet, non est consecutus pecuniã, sed promissio-
nem sub accepto pignore admisit, non poterit
promissum exigere, immò tenetur restituere
pignus nisi in actuali peccato perseuerare cu-
piat. Hoc est contra doctrinam recentiorum
Theologorum superiùs impugnatam, quandò-
quidem in eorũ sensu potest retineri, & acci-
pi precium iniustitiæ venditæ; sed nihilomi-
nus cum iuris peritis non recedo à prædictis.
Ratio discriminis est (comparato casu se-
cundæ conclusionis) quià ex traditione pigno-
ris non transfertur dominium in accipientem,
nec ea mente datur, vt istius fiat, prout in tra-
2 ditione pecuniæ, cuius dominium quantum in
se est abdicatur ab ipso dante.
3 Item quia pignus nequit accedere contra-
ctui nullo ideòque creditor non potest se tue-
ri, sicuti possessor pecuniæ ex causa turpi,
nam domino non ablato pignoris dominio,
4 competit reiuendicatio, soluenti verò è con-
tra denegatur repetitio. Qui igitur rem alie-
5 nam retinet, versatur in mala fide, donec il-
lam restituat, nec valet excusari prætextu pa-
ctæ pecuniæ, quandoquidem ei non debetur,
nec

6 nec petendi conceditur actio; immò expressè denegatur ab eodem iure ciuili, vt in *d. tit. Digest. & Cod. de cond. ob turp. caus. & in tit. C. de pæn. iud. qui mal. iud. d. Constit. corruptelæ, & in d. pragm. 3. tit. 13. tom. 1.* vbi prohibito absolutè conuentionis, & acceptionis crimine, tandem dati triplum, promissi
7 duplum restituere fisco damnatur. Disertis autem verbis casus iste resoluitur apud *gl. in c. qui venatoribus verb. meretricibus erga fin. dist. 86.* ibi: *sed pignus non pignoratitia; sed reiuendicatoria repetere possum gl. in l. 2. ff. de de cond. ob turp. caus. gl. in l. 2. C. eod. Ias. in d. l. 2. ff. eod. Bald. in c. cum ab omni de vit. & honest. cler. & in d. l. 2. ff. de cond. ob turp. caus. Paul. de Castr. in l. 1. §. ob rem igitur n. 11. ff. eod.*

Ex quibus infertur, quod si aliqua pars conuentæ pecuniæ soluatur isti prætenso credi-
8 tori tale pignus habenti, etiam spontè, & post acceptam sententiam, adhuc tamquàm illicitè acquisita debetur fisco, cum nec spontè nec liberè ille soluat durante causa coactionis, existente nempè pignore penes iudicem, sed planè ad illud redimendum; neque hic intrat regula primæ conclusionis superiùs posi-

posite vbi diximus datum per concussionem reperi posse, quia & si postmodum coactè soluat, fuit nihilominus ab initio in causa, & particeps turpitudinis; quippe & si translatio
9 dominij procedat à voluntate dantis, tamen attenditur à sua causa obligatio *Ia. in leg. generaliter n. 5. in fin. ff. de verb. oblig.* secus autem esset, si non intercedente pignore, nullaue coactionis causa perseuerante, nec promissione præambula, post sententiam aliquid
10 spontè detur, non in recompensationem iustitiæ acceptæ, quæ venalis non est, sed ob affectum, quia tunc cessante primordiali causa turpitudinis, spontè datum sibi in vtroque foro acquiret, nec iste casus est de comprehēsis in *dicta pragm. 3. & in d. auth. vt litig. iur.* & alijs legibus allegatis, cum tantùmmodò à litigantibus prohibeatur accipi munera; videas *Paul. de Castr. in l. si ob turpem n. 1. 6. 7. & 8. Bald. ibid. & in l. 2. §. sed si dedi ff. de cond. ob turp. caus.* in fortioribus terminis frater noster *Pisan. Gedeon. glad. propos. 45. n. 7.* vbi probat *ex D. Th. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 2.* non esse simoniam aliquid dare post acceptum beneficium, non ob illud collatum, & in compensationem rei sacræ, sed ob affectū,

quo id collator fecit: Immò esse probatum, vsum Ecclesiæ, non esse simoniam, si aliquid gratis datum à sacramenta petentibus accipiatur.

Benè verum quamuis de prædicta doctrina non dubitem, tamen quia Iudices ministrando iustititiam in magno versantur periculo quòd trahantur quò aliàs nollent, (loquor de consilio) laudabiliter se gerent, si neque post
11 iustam sententiam huiusmodi donaria admittant; nè si alia occurrat occasio litigandi, fiat laqueum Diaboli ad peruertendum iudicium, nisi illa sint intra limites honestæ liberalitatis, vel modica, circumstantijs, siuè tempore inspectis. *c. & si quæstiones §. in hoc itaque de simon. Abb. in d. c. cum ab omni n.* 8. *de vit. & honest. cler.*

Dixi quod datum expleto iudicio, nulla interueniente causa coactionis, vel promissione, sibi iudex acquirit, & quò ad perseuerantiam coactionis etiam resolui; superest pro complimento; videre quid iuris quando præcesserit promissio, deindè verò post sententiam fuerit ad solutionem deuentum. In quo dubio distinguendum est, an ab initio turpitudo fuerit ex parte vtriusque, an tantùm ex parte

reci-

12 recipientis? primo casu cessat repetitio, & juxtà iura allegata debetur fisco; Secundo verò casu cum nulla subsit causa turpis, vt supponimus, iudicio finito, cessat ex alio capite ius repetendi, quia nempè cum illud indebitum scienter soluat, videtur ex liberalitate donare, nec obstat prima recipientis turpitudo; quia per spontaneam traditionem purgatur vitium præcedens, cuius causa pertransijt. dixi *anim. 8. n. 63. Bald. in d. l. si ob turpem.* vbi materiam lucidissimè exponit.

13

Declara tamen hoc secundum distinctionis membrum, nisi subsit alia causa, quâm approbatio primæ promissionis, puta metus maioris mali. *add. ad eumd. Bald. ibid. Bar. in l. si per impressionem. C. de his quæ vi met. caus.*

14

Declara secundò si per iuris ignorantiam, putans se teneri ex dicta promissione soluisset, nam licèt ex sola naturali obligatione non oriatur actio, tamen vbi quis indebitum naturaliter quocumque errore soluit, etiam si ciuiliter tantùm teneatur, & sic sola ciuili, & inefficaci obligatione, nèdum in foro cōscientiæ, sed etiam in iudicio consequitur repetitionem, quia cum hæc suffulta sit naturali æquitate, magis præponderat quàm ri-

15

gor iuris; ideòque illud ex errore solutum, ipso iure ciuili assistente rectè concidit.

Et quod diximus supra de spontanea traditione est prorsus innixum deliberatæ voluntati donandi, cuius præsumptionem quiuis error excludit. *l. 1. vbi gl. & Bar. Ias. Bald. Paul. de Castr. & Alex. ff. de cond. indeb.* ad
16 differentiam solutionis factæ à filio familias, cui error iuris non suffragatur ad repetendũ ex vi Sen. Cons. Macedoniani, sed oportet, vt errore facti soluisset, putans se ex alia causa teneri.

Discriminis autem ratio est, quia erat obligatus naturaliter, & proindè solutio quamuis errore iuris facta, si pecunia sit castrensis, vel quasi ipsius filij, inducit translationem dominij, quia datur ad liberandum, quamuis
17 si soluatur de pecunijs patris, aut tertij, competat patri vendicatio, vel condictio. *l. si filius familias ff. si cert. pet. & l. cum tamen §. si ab alio ff. ad Sen. Cons. Maced.* vt rectè & subtiliter in casibus respectiuè exponit *Ias. in d. l si filius familias per tot. Bald. ibid. in §. non solùm.*

Quibus omnibus rectè perpensis, conclu-
18 das quæso non esse contemnendas leges ciuiles,

uiles, earumque Interpetres, isti namque melius quàm Theologi earum virtutem sunt perscrutati, ideòque magis ipsis credendum est, cum controuersia sit de iuris intelligentia, non autem absolutè proferendum, quòd leges tantùm procedant in foro externo; etenim in ijs; quæ naturales virtutes respiciunt, lumine naturali omnibus communi, secundū
19 ius naturale iustissimè, & sanctissimè prodierūt; itēq; vbi agitur de publica vtilitate ius ciuile in vtroque foro seruandū est; ad Principē enim spectat suorum mores componere subditorum, vt latè in præcedentibus est probatum.

ANIMADVERSIO DECIMA TERTIA.

Fiscus aufert datum etiam pro sententia iusta, nisi ad id indicia prauitatis officialis impellant, quo casu danti conceditur repetitio.

Summarium.

1 *Corruptela est dare ad sententiam ita ferendam. ratio. num. 2. 4. 5. 6. declar. n. 9. 10. 11. 12.*

Sen-

2 *Sententia non debet esse venalis.*
3 *Repetitio non conceditur corrumpenti. decl n. 11.*
7 *Donatio excaecat animum iudicis. n. 8.*
13 *Concussio ex quibus excluditur? & num. 14. 15. 16.*

QVarta conclusio: si pecunia datur iudici
1 non expressè vt iniustam, sed vt praecisè pro dante sententiam ferat, adhuc ista pecunia applicatur fisco, & sententia quamuis iusta, erit ipso iure nulla, non enim debet esse
2 venalis, immò diffidet de sua iustitia qui in pecunia spem negotij reponit. *l. venales C. quand. prouoc. non est necess.*
3 Et quamuis de iure antiquo *Digest.* pecunia data ad ius proprium tuendum repeti potuisset, tamen hoc fuit de iure nouo correctum, vt docet. *Bar. in auth. nouo iure C. de paen iud. qui mal. iud. quem sequuntur Abb. in d. c. cum ab omni n. 8. de vit. & honest. cler. Bald. in l. 2 §. sed si dedi in princ. ff. de cond. ob turp. caus. Mut. in cap. 45. Reg. Ioann. à n. 28.* vbi *n. 36.* impugnato *Farinac.* refert *Nauarr. in constit. Gregor. 13. de dat. & promiss. n. 48. Bonacc. in tract. de pact. n. 88. p. 3. & n. 44.* tradit idem *Mut.* duo similia statuta aedita fuisse Romae. ratio

stio est apud eos, quia & si aliquando detur pro sententia iusta, nihilominus iuris fictione videtur datum ad iudicem corrumpendum, & ideo causam perdit, & non condicit, quando verò datur pro iniusta sententia, corruptio sequitur clara, & non repetit inspecta veritate.

Et licèt in foro conscientiæ veritas in primo
4 casu fictioni præualere debeat, nihilominùs quia legis ratio non adequatè cessat, lata est quippè fauore publico, ideò eius decisio præualet, *Meroll. de legib. disp.* 4. *cap.* 5. *nu.* 231. *Vela dissert.* 47. *n.* 73. *dixi supra anim.* 4. *nu.* 5. res etenim est valdè periculosa, pessimi exem-
5 pli, in Reipublicæ perniciem, & ad corruptionem vergens, cum citò violetur auro iustitia *c. pauper.* 11. *q.* 3. *gl. in c. non sanè vers. ille* 14. *q.* 5. immò hoc enumeratur inter quatuor media, quibus humanum iudicium peruertitur, *c. quatuor* 15. *q.* 3. ibi: *cupiditatum præmio animum alicuius corrumpimus*, nec danti credendum est ex sua liberalitate donasse,
6 quandoquidem vltra quòd versarentur ambo in casu à lege prohibito, tamen solent litigantes ita sæpe ore protestari, aliter verò sentientes in corde, tradunt ad iudicem corrumpendum,

& vt

& vt in suam partem inclinet. Quippè expe-
7 ditum est quòd qui donat, sibi naturaliter alterum obligat, cui verò donatur, teneatur exhibere reuerentiam, eique compellitur obedire. *gl. in c. & si quæstiones vers. non petendæ de simon.* Vnde *Solomon in prou. cap. 22. num. 9.* loquens de eo, qui dat munera, ait: *animam aufert accipientium.*

8 Quinimmò quia (vt dicebam) actus est à lege prohibitus, nec dari, nec accipi potest, quàmuis Iudex sit certus de donatione gratuita, nec timeret corrumpi, fortemque haberet animum ad iustitiam. *Meroll. vbi supra nu. 230. Salon. de Iust. & iur. q. 71. art. 4. conclus. 3. sub tit. de donarijs vers. secundò sicut lex fol. 581.* vbi pro constanti tradit legem huiusmodi expedire bono publico, ne litigantes bona sua dilapident, & ad vitandum iudicum, & officialium cupiditatem, ideòque tamquàm rectæ gubernationi necessariam esse seruandam.

Declara tamen prædicta quoties re vera quis iustam causam habeat timendi, & hæsitandi de peruersa iudicis voluntate, quia tunc non
9 videretur datum animo corrumpendi, sed ad suam redimẽdam imminentem vexationem, atque vt ius, & quietem sibi conseruet, & sic tur-

turpitudo versaretur ex parte recipientis, & quodam modo per concussionem, quapropter ita dans est excusandus à pæna imposita à lege, datumque repetit, iuxtà tradita in prima conclusione, quibus addo *gl. in c. non sanè 14. q. 5. d. gl. in c. & si quæstiones vers. non petenti de simon. Bar. in l. si per impressionem. C. de his quæ vi metusuè caus.*

10 Debet autem manifestè probare quòd ita dedit, aliàs semper est præsumptio contra seipsum. *gl. in d. c. cum ab omni vers. abstinere. de vit. & honest. cler. Abb. ibid. n. 8. Mut. in d. cap. 45. Reg. Ioann.* præsertim *nu.* 44. vbi fir-
11 mat non posse datam pecuniam repeti, si expressè, vel dubiè de corruptela appareret.

12 Quod autem dixi vt manifestè probetur quod ita dedit ad redimendam vexationem ab officiali incussam, intelligas in genere probationis in similibus priuilegiatæ, & quò ad forum penitentiale idem iudicium erit formandum à confessario, (quamuis extrinseca testium probatio non requiratur, sed totum fiat inter ipsum, & pænitentem) ita vt prudenter inducat moralem certitudinem concussionis, *Bardi in c. in pari n. 7. de reg. iur. in 6. Barbos. in c. non sanè 14. q. 5.* nam cũ aliàs

dare non posset, quia exponeretur periculo subornationis, datio esset etiam ex parte sui illicita, & proinde prohibita repetitio. *Bardi ibid. sub n. 7. Barbos. cit. vers. ad quartum.*

Caueant proindè Iudices vtriusque fori, nè nimis indulgeant in similibus, quandoquidem non quælibet esset causa iusta timendi, non
13 sola familiaritas iudicis cum collitigante, si aliàs sit bonæ famæ: non motiua contraria in causæ discussione, cum passim fiant ad eruendam veritatem, nec nimium scrupulosum examen, & rigurosa interpretatio scripturæ; hæc enim etiam simul iuncta non sufficiunt ad inferendum iudicis deprauatum animum, nisi experientia aliàs ostenderit eius peruersitatem in iudicando.

Ratio mihi videtur clara, nam posita legiti-
14 ma causa dandi, necessariò sequitur iudicium prauæ voluntatis iudicis, hoc autem esset temerarium absque vrgentibus indicijs, cum aliàs infamaretur non infamandus, latè *Salon. de Iust. & iur. q. 60. ar. 3. de Iud. temer. fol. 74. Nauarr. lib. 2 cap. 4. n. 445. Less. de Iust. & iur. lib. 2. dub. 2. per tot. Dian. var. resol. p. 3. tr. 5. resol. 31. fol. 444. Caiet. Regin. Aragonius & cæteri* communiter & si loquimur de actu

dan-

dandi, peccaret quis (vt ex Bardi mox citato)
15 cum leuibus præſumptionibus ductus pecunia velit ſuam putatiuam redimere vexationẽ, nam ſi iuſta & prudenter cognita non ſubſit cauſa timendi, illum potiùs ad corruptelam inducit, & ſic ad actum peccaminoſum, & illicitum, qua data culpa ex parte dantis ceſſat ius repetendi ex rationibus, iuribus, & Doctorum authoritatibus adductis, quinimmò nedum particeps diceretur turpitudinis, ſed principalis cauſa inducens judicem ad turpem actum; quamuis enim hoc non intendat expreſsè, vult tamen implicitè, dum illud agit, exquo peruerſio, & corruptela ſequatur; Vide *Leſs. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 11. dub. 3. n. 12. & cap. 20. dub. 21. nu. 178. Bonacc. de peccat. diſp. 2. q. 4. punct. 2. §. vnic. per tot.* & in terminis docuit poſt *Sanch. in conſil. p. 1. lib. 3. cap. vnic. dub. 3. nu. 4. Trullench. lib. 7. decal. cap. 14. dub. 7. n. 4.* lege *Piſan. in Gedeon. glad. propoſ. 45. ſub n. 6. verſ. confirmatur amplius. & propoſ. 46. n. 6.*

16 Amplificando itaque materiam iſtam, ſi verſemur in criminalibus, accuſatio inſtituta, vel inſtituenda non eſt iuſtus metus, nec prodeſt, nàm licèt in priuato cauſam timendi iu-

ſiam induceret, hoc non procedit in iudice; Eleganter poſt gloſam docuit *Bar. in l. accuſationis x. C. de his quæ vi met. cauſ.*

ANIMADVERSIO DECIMAQVARTA.

Promiſſio dandi officiali pro ferenda ſententia, ea demum lata non obligat. Contra verò datum cauſa non ſequuta non reſtituitur, ſed eſt fiſco acquiſitum. *Contra Salon. & alios.*

Summarium.

1 *PRomiſſio ob cauſam, ea non ſequuta non obligat, & ſolutum repetitur; lim. in ſolutione ob turpem cauſ. n. 3. 6. & 25. fiſco applicatur n. 13. 25. 31. 36. & 37.*

2 *Immunitate non gaudet aſſaſſinus. decl. n. 40.*

5 *Contractus alias liciti poſſunt ex circumſtantijs prohiberi n. 43 & 45. legis præceptum importat neceſſitatem. 34.*

7 *Corruptelæ crimen quando dicitur conſumatum? n. 9. & 15. quæ ſit eius pœna, & quod premiũ denunciantis? n. 8. & ſeq.*

17 *Iudex iniquè iudicando facit litem ſuam. tenetur ad damna paſſi ante ſententiam, ſicus fiſco*

pro

pro pœna. n. 28. 36. 37. *peccat multipliciter in corruptela. n.* 20. 21. 22. 23. 24.
19 *Peccata quomodo distinguuntur? & de medijs ad illa. n.* 20. & 21.
37 *Pœna circa rem contrahitur absque sententia: non minuitur ex copulatione criminum. & nu.* 18. *mortis quando infligitur?* 41.

DVbium in presenti excitatur primò ex dispositione *tex. in l.* 1. §. *sed si ob causam ff. de cond. sin. caus.* vbi *Vulprianus* respondit quòd si ob causam aliquid est promis-
1 sum, ea non sequuta, promissio euanescit, & solutum repetitur.

Secundò faciunt *Sperell. decis.* 22. *Guttierr. pract. q. lib.* 3. *q.* 7. *à n.* 55. vbi docent quod non obstante dispositione *tex. in c.* 1. *de homic. in* 6. qua assassini priuantur immunitate ecclesiastica, nihilominus non sequuto cum effe-
2 ctu homicidio huiusmodi pęna non incurritur.

Vndè in casu nostro quamuis dans ad iudicem corrumpendum, datum repetere nequeat, si postmodum sententia iniusta effectiue non proferatur, & iudex mutato in melius consilio iustè decidat, à dati repetitione non videtur arcendus, maximè quia in crimine ba-

tat-

rattariæ iuxtà benigniorem ſententiam locus eſt pænitentiæ. *Ball. tr. var. lib. 6. q. 6. n. fin.*

Verumtamen introſpecto puncto dubitationis preſentis in contrarium eſt veritas, quòd immò repetitio non competat. Vt autem con-
3 cluſio iſta magis eluceſcat, animaduerto quòd in ſtatu naturæ corruptæ, ad humanam ſocietatem in tranquillitate tuendam, dominia rerum diuidi oportuit, congruentia naturalis ra-
4 tionis ad id impellente, itaut diſcurſus hominum non liberè, ſed eo coactus impulſu generaliter ita conſenſerit, non quia oppoſitum eſſet aliàs de ſe iniuſtum, ſed ob aliquem bonum finem, cuius cauſa vt iuſtum & optimũ ab omnibus hominibus communiter cuſtoditur hoc ius, quod gentium vocamus, ſcripſi *animaduers. 4. n. 16. & 17. p. 1.*

Rurſus ſecundùm ipſam naturalem rationem ex contractibus alij ex ſui natura ſunt liciti, alij damnati, liciti autem de ſui natura ob
5 aliquas circumſtantias, quibus vniuntur, alij ſunt à Iure ciuili permiſſi, alij prohibiti, vel ob priuatorum, vel ob publicam vtilitatem, vt latè probatum eſt in ſuperioribus animaduerſionibus, præſertim 2. 3. 4. 5. 6. vbi diſſeruimus qualiter ius ciuile in ſimilibus in cõſcientia obliget. His

His positis, si versamur in contractibus permissis, datum ob causam, ea non sequuta repetitur.
6 Quippè ius naturale assistit, nè quiuis alieno dolo deceptus pecunia sua priuetur, alter verò cum proximi sui iactura locuplex fiat, suaque sibi malitia prosit. In alijs verò contractibus damnatis oppositum est decisũ, parumque refert an inhonesta causa impleatur, nec nè. Si namque loquimur quò ad implementum causæ turpis nulla oritur obligatio, & repugnat ius naturale resultans ex primis principijs practicis per se notis, ita vt eius oppositum sit ex se, & ex propria natura iniustum; si verò sermo sit de datione, vel repetitione dati, quamuis de sui natura crudè cõsiderata, secundum aliquos non esset illicita, tamen ex circumstantijs adiunctis vtramque damnat lex ciuilis fauore publico lata, cui propterea stare tenemur etiam in conscientia *salon. de Iust. & iur. q. 71. ar. 3. concl. 3. in sub tit. de donarijs vers. sicut lex irritans fol.* 581. & magis in terminis *q. 62. controu. 3. vers. obseruemus secundò fol.* 252. etenim vt dicebam *anim. 3. n. 4. & anim. 10. n. 9.* actus humani in indiuiduo considerati, sunt boni vel mali, siuè ex parte intentionis vel finis,

vel

vel ratione præcepti. addo *D. August, lib. 2. de peccator. remiss. cap.* 18. quem refert & sequitur *Andreolaus in* 1. 2. *D. Th. q.* 17. *de bonit. & malit. act. hum. ar.* 9. *disp.* 108. *& disp.* 109.

Vndè cúm hic versaremur in illicitis, non procedit decisio dicti *tex. in l.* 1. *de cond. sin. caus.* sed quidem seruanda est alia terminantissima, & puntualis decisio tex. in *l.* 3. *& l. si ob turpem ff. de cond. ob turp. caus. cum concordantib.* de quibus latiùs infià erit sermo.

2 Nec refragatur quòd hæc locum sibi vendicent vbi causa sortita fuerit effectum, non autem procedere si iudex pænitentia ductus juxtà terminos legis super negotio statuentis, sententiam indè proferat iustam, vel nullatenus ad illam progrediatur.

Non obstat inquam, nam duo ista delicta non se habent vt causa, & effectus qui neces-
7 sario sequatur ex rei natura, immò sunt de illis, quorum ipsa causa, & affectus si talis esset, punitur. *l. qui ea mentes ff. de furt.* nec pæ-
8 nitentia spontè delato prodest, nisi ad vitandas pænas. *auth. nouo iure vbi Bar. C. de pæn. iud. qui mal. iud.*

Ad vberiorem autē intelligentiā animaduer-

tò quòd tùm de Iure communi tùm etiam de Iure Regni plura, & diuersa habemus præcepta, quibus similiter diuersæ pœnæ in hac materia corruptelæ imponuntur. Iudex enim, qui in caussa ciuili passus fuerit corrumpi, cingulo amisso accepti triplum, promissi duplum conferre fisco damnatur, in criminali verò confiscatis bonis mittitur in exilium. Similiter dans in ciuilibus causam amictit, in criminalibus vti reus conuictus habetur. *auth. vt litig. Iur. §. si quis autē l. 1. & auth. nouo iure C. de pæn. iud. qui mal. iud.* & in Regno sunt expressæ *Constit. Corruptelæ & Const. litigator*, *quibus accedit R. Pragm. 3. tit. 13. t. 1. & alia nouissima Marci Anton. Columnæ.*

9 Rursus tentans corrumpere officialem memoratas pœnas incurrit. *d. l. Imperator & ibi gl. l. si quis testibus in fin. C. de testib.* immò ex
10 dictis Regni constitutionibus premia denuncianti offeruntur, de Iure autem communi subditis necessitas imponitur deferendi. *§. necessitatem auth. vt iud. sin. quoq. suffrag.* reputa-
11 tur enim ad instar criminis læsæ maiestatis, & est de numero atrociorum *gl. in d. auth. nouo iure vers. confiscatis. Giurb. d. cons. 72.* quippè
12 oportet intemerata esse iudicia, nisi Micheæ

prophetæ minas experiri velimus, recensitas in *c. iudices* 1. *q.* 1. ibi: *iudices eius in muneribus iudicabant.* & paulò post: *idcircò propter vos Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem vt custodia pomarij erit.* vndè subdit *B. Hieronymus: nemo ambigit Hierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo describuntur, fuisse subuersam.*

13 Aliud quoque præceptum habemus, vt bona quæcumque scælere acquisita fiscus percipiat, & auferantur à possessoribus, vna cum fructibus à die turpis, ac damnatæ acquisitionis, si fructifera sint. *l. lucius, & l. aufertur ff. de Iur. fisc. auth. incestas nuptias C. de incest. nup. gl. in l.* 3. *& l. si ob turpem ff. de cond. ob turp. caus.*

14 Tandem sententiæ venales iustæ, vel iniustæ per corruptelam intermediam prolatæ, sunt ipso iure nullæ, nec alia requiritur appellatio. *l. venales C. quand. prou. non est necess. d. l.* 1. *C. de pæn. iud. qui male iud.*

His igitur prænotatis, tota vis pendet in distinguendo an plura sint, & diuersi ordinis crimina quò ad forum iudiciale, itemque an plura peccata quò ad pænitentiale iudicium, vt ex eis, & vno quoque ipsorum cognita reitate, qualitatem quoque pænæ incursæ cognoscere valeamus.

15 Et quidem quod sint plura, & iterata delicta corruptela, & sententia iniusta, patet ex infrascriptis.

Primò ex diuersitate præcepti, itemque ex diuersitate rei præceptæ, & ex diuersitate pœnæ impositæ, vt mox dicebam.

Secundò quia corruptelæ crimen respectu vtriusque consumatur eodem momento ac-
16 ceptæ promissionis, vel pecuniæ, ex parte verò tentantis ob solam pollicitationem *d. §. si quis auth. vt litig. iur. l. Imperator in fin. de Iurisc. gl. in c. 1. vers. si mandauerit, & ibi in addit. de homic. in 6. Afflitt. in d. Const. Corruptelæ n.* 5. proinde hoc satis est ad incurrendam pœnam legis in ipso actu pariter violatæ, iustâ regulam *c. non firmatur de reg. iur. in 6. R. diuers. super reg. Cancellar. decis. 124. n. 7. in med.* quod etiam deciditur in *d. auth. nouo iure* vbi de sola corruptela est sermo & tantùm moderato per d. auth. rigore *l. 1. cod. tit.* venia cōceditur corrumpenti in euentu litis, vt etiam disertis verbis legitur *in d. §. si quis autem.*

Parum itaque refert quò ad distinguendum corruptelæ crimen, an sequatur nec nè sententia; quandoquidem si profertur, nouo exteriori actu iteratur delictum, quod aliter lex

punit, vt scilicet ipsa sententia venalis sit ipso
17 iure nulla, vt dicebam; si verò vltra concurrat quòd sententia sit iniusta, & tunc proculdubio iudex facit litem suam, & tenetur in tota æstimatione litis, cum dolosè operetur. *Inst. de obl. quæ ex quasi de l. nasc. in princ. l. ex maleficijs §. si iudex de act. & oblig. l. fin. ff. de var. & extr. cog.* expressius *in l. si filius familias ff. de iudic. Bar. in l. 2. n. 2. & ibi adden. C. de pæn. iud. qui mal. iud.* quod sanè legis ciuilis præceptum descendit ab ipso iure naturali, vt illatum alteri damnum reficiamus.

Probatur prætereà conclusio, nam protestatur *Iustinianus in d. §. necessitatem auth. vt iud. sin. quoq; suffrag.* toties iudicibus pænas infligere, quoties cælestis supplicij rei fuerint reperti, trascendentes iuramentum, sub quo administrationem acceperint. Vnde quià tùm in turpi conuentione, & acceptione pecuniæ, tùm etiam in prolatione sententiæ iniustæ delinquunt, iteratis quoque pænis sunt puniendi pro corruptela, & pro dicta noua legis trãsgressione.

Quemadmodum igitur ex criminum copu-
18 latione non minuitur pæna *l. numquam plura ff. de priu. del.* ità etiam ijs iuxtà genus suum

consi-

consideratis, vnumquodque sanctissimè à Legislatoribus punitur. Patet in terminis *d. l. numquam* vbi qui surripuit, seruum, & occidit, furti quia surripuit, & quia occidit Aquilia tenetur. Quocirca in casu nostro pro criminum diuersitate diuersæ pœnæ imponuntur, vt est probatum, aliàs nisi ipsam corruptelam Legislatores damnarent, inspicerent bonum, vel malum ius corrumpentis, non absolutè punirent etiam tentantem, & contra officiales delatos priusquàm deciderent, nulla haberetur ratio pœnæ inflictæ in dicto *auth. nouo Iure* prout neque in Regno procederent dictæ *Constitutiones, & pragm.* quod tamen est falsum.

Nec prædictis obstat tex. in *l. iubemus C. ad l. Iul. repetund.* vbi premium, & gloria reuelanti constituitur; quandoquidem textus ille procedit quò ad eum, qui non sit particeps turpitudinis; At respectu corrumpentis apertus est textus in *d. auth. vt iudig. iur.* quod solum ei parcatur in euentu litis vt mox dixi n. 16. addo *gl. in l. 1. vers. item per inc ff. de calūniat. & in l. qui explicandi vers. non minus eng. fin. C. de accusat.* cum qua declaratione intelligendi sunt Doctores contrarium sentientes circa veniam reuelanti promissam.

Et

Et hæc dicta sint ad probationem duorum diuersimode consumatorum criminum punibilium in foro fori, si sermo sit cum Iuristis.

19 Superest modò probare assumptum apud theologos, quòd nempè in foro conscientiæ sint plura quoque peccata; In quo dico duo esse non solùm numero, verùm etiam specie distincta.

Probatur primò: tot sunt peccata, quot sunt actus externi numero distincti, non tamen successiui, sed qui habeant completam de se malitiam, & distinctã in genere moris. Et quàmuis eadem sit voluntas, & vnus habeatur vt finis medius alterius finis vltimi, nihilominùs quando finis mediùs est de se malus, non solùm propriã, sed alterius finis vltimi malitia inuoluitur, licèt secus sit, quando nullam aliam includit, nisi finis vltimi turpitudinem, nam hoc casu isti duo actus externi tàmquàm ab vnica malitia specificati, vnum constituerent peccatum.

20 Quando igitur conueniunt litigans & officialis promissione, pecunia, vel pignore de ferenda sententia venali, & iniusta, faciunt opus omni iure Diuino, & humano damnatum, & licèt assumatur vt finis medius iniustæ sen-

ten-

tentiæ, non per hoc excusatur à propria malitia, immò si finis vltimus est ad sententiam iniustam, hanc aliam includit, itàut ea sequuta nouum committatur peccatum, si autem pænitens retrahitur iudex, non per hoc excusatur à primo, non tantùm quia voluit iniustè iudicare, sed quia passus est corrumpi ad iniustum, & venale iudicium.

Constant hæc profectò euidẽter ab opposito; quoties enim medium ordinatum ad finem
21 bonum est de se bonum, vltrà finis bonitatem, suam propriam, & peculiarem includit. Pariter ergo quoties medium est de se malum, vltrà malitiam finis vltimi præstituti, inuoluit aliam specie malitiam ipsius medij constitutiuam. Vndè quia corrumpere iudicem, licèt assumatur vt medium ad iniustam sententiã, habet de se malitiam independenter à fine, propterea de corruptela, ac de sententia diuersimodè iudicare oportebit.

Secundò probatur ex eisdem rationibus, quibus ostendimus plura esse in foro exteriori
22 delicta, scilicèt ex diuersitate legis prohibentis vnum, & alterum actum, & ex diuersitate pœnæ, quæ est signum diuersitatis culpæ, cum valeat à posteriori argumentum.

Ter-

Tertiò probatur ex *D. Th.* 1. 2. *q.* 72. *ar.* 1. *& q.* 73. etenim actus malos diuersificari dicimus specie per oppositionem ad diuersas vir-
23 tutes specie distinctas, quia vitium definitur per oppositionem, quam præsefert ad virtutē. Quoniam verò actus corruptelæ, & actus iniustæ sententiæ opponuntur diuersis specie virtutibus, indè constat esse peccata specie distincta. Quòd autem actus illi sint tales, patet, nam actus corruptelæ opponitur fidelitati debitæ Reipublicæ, à qua commendatā accepit iudex administrationem, immò etiam opponitur iuramento ab ipso præstito, ex quo consurgit fidelitas religionis erga Deum; actus verò iniustæ sententiæ se opponit intrinsecè iustitiæ commutatiuæ, & iustitiæ legali directiuè, quæ sunt virtutes specie distinctæ.

24 Cum ergo ex dictis sint duo delicta, & similiter duo peccata numero, ac specie distincta, lex in vtroque foro est seruanda, prout in vnoquoque disponit.

Statutum est proinde in præsenti quod iudex sit inhabilis ad acquirendum sibi datum,
25 dans verò repetere nequeat. *d. l.* 3. *l. si ob turpem ff. de cond. ob turp. caus. l.* 1. *& tot. tit. C. eod.* vbi communiter *glossæ.* nec refert ad repe-

titio-

titionem implicatur nec nè causa turpis, cum consumati scæleris vltionem lex petat. *l. cum te, & l. quod euitandi C. de cond. ob turp. caus. §. necessitatem auth. vt iud. sin. quoq; suffrag. d. l. Imperator. l. verum est. 2. ff. de furt. l. aut facta ff. de pæn. d. Const. Corruptelæ. litigator. & prag. mat. cit. Bar. in summ. & in lect. d. l. si ob turpem in princ. Paul. de Castr. ibid. Escob. de vtroq; for. ar. 5. àn. 301. p.* 1. quarum legum expressa verba in superiori *anim.* retulimus, & modò durum esset repetere.

Solùm noto ad vberiorem intelligentiam, quòd in *d. l. 3. ff. de cond. ob turp. caus.* legitur: *veluti si pecunia iudici detur, vt male iudicetur:* non autem, *quia malè iudicauit:* nam in illicitis conuentionibus, nequit paciscens desiderare implementum de iure improbatum, & impossibile, vt in principio dicebam.

Et quidem iustissimè relatæ leges procedũt, quandoquidem aliàs est constitutum, vt bona scælere quæsita fisco sint ipso iure applicata, & à quocumque possessore cum fructibus vindicentur. *l. lucius ff. de iur. fisc. auth. incestas nuptias C. de incest. nupt.*

Superior autem doctrina confirmatur hoc alio iuris principio, nam denegata certi con-

26 dictione, denegatur etiam condictio sine causa. *gl. in l. sed & si pater familias §, si ab alio verf. ex omni euentu ff. ad Sen. Conf. Maced.* ibi: *vbi remouetur genus, vt condictio certi, & species remouetur, vt condictio incerti, vel sine causa.*

Animaduertendum est quippè quòd aliud est apud leges non hanc speciem actionis, sed aliam concedi, ob aliam, & diuersam rationem subsistentem, aliud verò denegari, & remoueri actionem principalem, nam quæ ex illa sequuntur tamquàm species à genere, remotæ, & denegatæ censentur.

Ex hac doctrina (non nisi à bono iuris Interprete intellecta) patet quòd denegata prorsus certi condictione corrumpenti, dati nempè ob corruptelam, denegatur etiam incerti condictio tamquàm sine causa, vel causa dati non sequuta.

Quàmuis enim Iudex non habeat iustam causam acquirendi, non tamen datum dicitur sine causa; verùm quia causa, ob quam est datum, etiam stante turpitudine dantis sequi non potest, cum in causam de iure impossibilem, & inhonestam scienter, ac turpiter dederit; conqueri profectò nequit quòd illa non

sit

sit impleta, nec minùs ob eamdem rationem datum repetere; vltrà superiùs allegata, sunt expressi tex. in *l.* 1. ibi: *si ob rem honestam*, *&* *ibi gl. ff. de cond. caus. dat.* *&* *in l. si quidem* §. *si verò*. ibi: *non ob turpem. C. de contr. vel committend. stipul.* eleganter *Bar. in l. accusationis. C. de his, quæ vi met. caus.*

Alia prætereà ratione ex dictis emergente,
27 condictio, seu repetitio denegatur, quandoquidem hæc tribuitur domino, vel cui res debetur; *In* præsenti autem dans, quia sponte dedit, omne abdicauit à se dominium, vt in superioribus diximus, contrà verò non ipsi danti, sed fisco debetur, à quo intermedio remouetur nè repetere possit, vt vsque modò lucidissimè constat.

Quapropter nullo modo poterit minister
28 ità corruptus tuta conscientia restituere dāti, cum hoc esset in præiudicium fisci, cui statim est ius quæsitum quò ad pecuniam datam, & ab ipso momento ad eum spectet, dans verò sit interdictus, prohibitus, & impossibilitatus ad repetendum. Quam veritatem agnouerunt ex theologis in contrarium in præcedentibus allegatis, *Trullench. lib. 7. decal. cap. 14. dub. 7. n. 4. Salon. sibi contrarius*

prophetæ minas experiri velimus, recensitas in *c. iudices 1. q. 1. ibi: iudices eius in muneribus iudicabant.* & paulò post: *idcircò propter vos Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem vt custodia pomarij erit.* vndè subdit *B. Hieronymus: nemo ambigit Hierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo describuntur, fuisse subuersam.*

13 Aliud quoque præceptum habemus, vt bona quæcumque scælere acquisita fiscus percipiat, & auferantur à possessoribus, vna cum fructibus à die turpis, ac damnatæ acquisitionis, si fructifera sint. *l. lucius, & l. aufertur ff. de Iur. fisc. auth. incestas nuptias C. de incest. nup. gl. in l. 3. & l. si ob turpem ff. de cond. ob turp. caus.*

14 Tandem sententiæ venales iustæ, vel iniustæ per corruptelam intermediam prolatæ, sunt ipso iure nullæ, nec alia requiritur appellatio. *l. venales C. quand. prou. non est necess. d. l. 1. C. de pæn. iud. qui male iud.*

His igitur prænotatis, tota vis pendet in distinguendo an plura sint, & diuersi ordinis crimina quò ad forum iudiciale, itemque an plura peccata quò ad pæniteintiale iudicium, vt ex eis, & vno quoque ipsorum cognita reitate, qualitatem quoque pænæ incursæ cognoscere valeamus.

15 Et quidem quod sint plura, & iterata delicta corruptela, & sententia iniusta, patet ex infrascriptis.

Primò ex diuersitate præcepti, itemque ex diuersitate rei præceptæ, & ex diuersitate pænæ impositæ, vt mox dicebam.

Secundò quia corruptelæ crimen respectu vtriusque consumatur eodem momento ac-
16 ceptæ promissionis, vel pecuniæ, ex parte verò tentantis ob solam pollicitationem *d. §. si quis auth. vt litig. iur. l. Imperator in fin. de Iurisd. gl. in c. 1. vers. si mandauerit, & ibi in addit. de homic. in 6. Afflitt. in d. Const. Corruptelæ n. 5.* proinde hoc satis est ad incurrendam pænam legis in ipso actu pariter violatæ, iustà regulam *c. non firmatur de reg. iur. in 6. R. diuers. super reg. Cancellar. decis. 14. n. 7. in med.* quod etiam deciditur in *d. auth. nouo iure* vbi de sola corruptela est sermo & tantùm moderato per d. auth. rigore *l. 1. cod. tit.* venia cōceditur corrumpenti in euentu litis, vt etiam disertis verbis legitur *in d. §. si quis autem.*

Parum itaque refert quò ad distinguendum corruptelæ crimen, an sequatur nec ne sententia; quandoquidem si profertur, nouo exteriori actu iteratur delictum, quod aliter lex

punit, vt scilicet ipsa sententia venalis sit ipso
17 iure nulla, vt dicebam) si verò vltra concurrat quòd sententia sit iniusta, & tunc procul dubio iudex facit litem suam, & tenetur in tota æstimatione litis, cum dolosè operetur. *inst. de obl. quæ ex quasi de l. nasc. in princ. l. ex maleficijs §. si iudex de act. & oblig. l. fin. ff. de var. & extr. cog.* expressiùs *in l. si filius familias ff. de iudic. Bar. in l. 2. n. 2. & ibi adden. C. de pæn. iud. qui mal. iud.* quod sanè legis ciuilis præceptum descendit ab ipso iure naturali, vt illatum alteri damnum reficiamus.

Probatur prætereà conclusio, nam protestatur *Iustinianus in d. §. necessitatem auth. vt iud. sin. quoq; suffrag.* toties iudicibus pænas infligere, quoties cælestis supplicij rei fuerint reperti, trascendentes iuramentum, sub quo administrationem acceperint. Vnde quià tùm in turpi conuentione, & acceptione pecuniæ, tùm etiam in prolatione sententiæ iniustæ delinquunt, iteratis quoque pænis sunt puniendi pro corruptela, & pro dicta noua legis trãsgressione.

Quemadmodum igitur ex criminum copu-
18 latione non minuitur pæna *l. numquam plura ff. de priu. del.* ità etiam ijs iuxtà genus suum

consi-

consideratis, vnumquodque sancitum à Legislatoribus punitur. Patet in terminis *d. l. numquam* vbi qui surripuit, seruum, & occidit, furti quia surripuit, & quia occidit Aquilia tenetur. Quocirca in casu nostro pro criminum diuersitate diuersæ pœnæ imponuntur, vt est probatum, aliàs nisi ipsam corruptelam Legislatores damnarent, inspicerent bonum, vel malum ius corrumpentis, non absolutè punirent etiam tentantem, & contra officiales delatos priusquàm deciderent, nulla haberetur ratio pœnæ inflictæ in dicto *auth. nouo Iure* pro vt neque in Regno procederent dictæ *Constitutiones, & pragm.* quod tamen est falsum.

Nec prædictis obstat tex. in *l. iubemus C. ad l. Iul. repetund.* vbi premium, & gloria reuelanti constituitur; quandoquidem textus ille procedit quò ad eum, qui non sit particeps turpitudinis; At respectu corrumpentis apertus est textus in *d. auth. qui diligit iure*, quod solum ei parcatur in euentu litis vt nunc dixi in 16. addo *gl. in l. 1. vers. item periit ff. de calumniat. & in l. qui explicandi vers. non minus eng. fin. C. de accusat.* cum qua declaratione intelligendi sunt Doctores contrarium sentientes circa veniam reuelanti promissam.

Et

Et hæc dicta sint ad probationem duorum diuersimode consumatorum criminum punibilium in foro fori, si sermo sit cum Iuristis.

19 Superest modò probare assumptum apud theologos, quòd nempè in foro conscientiæ sint plura quoque peccata; In quo dico duo esse non solùm numero, verùm etiam specie distincta.

Probatur primò: tot sunt peccata, quot sunt actus externi numero distincti, non tamen successiui, sed qui habeant completam de se malitiam, & distinctã in genere moris. Et quàmuis eadem sit voluntas, & vnus habeatur vt finis medius alterius finis vltimi, nihilominùs quando finis mediùs est de se malus, non solùm propriâ, sed alterius finis vltimi malitia inuoluitur, licèt secus sit, quando nullam aliam includit, nisi finis vltimi turpitudinem, nam hoc casu isti duo actus externi tàmquàm ab vnica malitia specificati, vnum constituerent peccatum.

20 Quando igitur conueniunt litigans & officialis promissione, pecunia, vel pignore de ferenda sententia venali, & iniusta, faciunt opus omni iure Diuino, & humano damnatum, & licèt assumatur vt finis medius iniustæ sen-

ten-

tentiæ, non per hoc excusatur à propria malitia, immò si finis vltimus est ad sententiam iniustam, hanc aliam includit, itàut ea sequuta nouum committatur peccatum, si autem pænitens retrahitur iudex, non per hoc excusatur à primo, non tantùm quia voluit iniustè iudicare, sed quia passus est corrumpi ad iniustum, & venale iudicium.

Constant hæc profectò euidēter ab opposito; quoties enim medium ordinatum ad finem
21 bonum est de se bonum, vltrà finis bonitatem, suam propriam, & peculiarem includit. Pariter ergo quoties medium est de se malum, vltrà malitiam finis vltimi præstituti, inuoluit aliam specie malitiam ipsius medij constitutiuam. Vndè quia corrumpere iudicem, licèt assumatur vt medium ad iniustam sententiã, habet de se malitiam independenter à fine, propterea de corruptela, ac de sententia diuersimodè iudicare oportebit.

Secundò probatur ex eisdem rationibus, quibus ostendimus plura esse in foro exteriori
22 delicta, scilicèt ex diuersitate legis prohibentis vnum, & alterum actum, & ex diuersitate pœnæ, quæ est signum diuersitatis culpæ, cum valeat à posteriori argumentum.

Ter-

Tertiò probatur ex *D. Th.* 1. 2. *q.* 72. *ar.* 1. *&* *q.* 73. etenim actus malos diuersificari dicimus specie per oppositionem ad diuersas vir-
23 tutes specie distinctas, quia vitium definitur per oppositionem, quam præsefert ad virtutẽ. Quoniam verò actus corruptelæ, & actus iniustæ sententiæ opponuntur diuersis specie virtutibus, indè constat esse peccata specie distincta. Quòd autem actus illi sint tales, patet, nam actus corruptelæ opponitur fidelitati debitæ Reipublicæ, à qua commendatã accepit iudex administrationem, immò etiam opponitur iuramento ab ipso præstito, ex quo consurgit fidelitas religionis erga Deum; actus verò iniustæ sententiæ se opponit intrinsecè iustitiæ commutatiuæ, & iustitiæ legali directiuè, quæ sunt virtutes specie distinctæ.

24 Cum ergo ex dictis sint duo delicta, & similiter duo peccata numero, ac specie distincta, lex in vtroque foro est seruanda, prout in vnoquoque disponit.

Statutum est proinde in præsenti quod iudex sit inhabilis ad acquirendum sibi datum,
25 dans verò repetere nequeat. *d. l.* 3. *l. si ob turpem ff. de cond. ob turp. caus. l.* 1. *&* *tot. tit. C. eod.* vbi communiter *glosæ*. nec refert ad repetitio-

titionem implcatur nec nè causa turpis, cum consumati scæleris vltionem lex petat. *l. cum te, & l. quod euitandi C. de cond. ob turp. caus. §. necessitatem auth. vt iud sin. quoq; suffrag. d. l. Imperator. l. verum est. 2. ff. de furt. l. aut facta ff. de pæn. d. Const. Corruptelæ. litigator. & prag. mat. cit. Bar. in summ. & in lect. d. l. si ob turpem in princ. Paul. de Castr. ibid. Escob. de vtroq; for. ar. 5. àn. 301. p.* 1. quarum legum expressa verba in superiori *anim.* retulimus, & modò durum esset repetere.

Solùm noto ad vberiorem intelligentiam, quòd in *d. l. 3. ff. de cond. ob turp. caus.* legitur: *veluti si pecunia iudici detur, vt malè iudicetur:* non autem, *quia malè iudicauit:* etiam in illicitis conuentionibus, nequit paciscens desiderare implementum de iure improbatum, & impossibile, vt in principio dicebam.

Et quidem iustissimè relatæ leges procedũt, quandoquidem aliàs est constitutum, vt bona scælere quæsita fisco sint ipso iure applicata, & à quocumque possessore cum fructibus vindicentur. *l. lucius ff. de iur. fisc. auth. incestas nuptias C. de incest. nupt.*

Superior autem doctrina confirmatur hoc alio iuris principio, nam denegata certi con-

sit impleta, nec minùs ob eamdem rationem datum repetere; vltrà superiùs allegata, sunt expressi tex. in *l.* 1. ibi: *si ob rem honestam*, & *ibi gl. ff. de cond. caus. dat.* & *in l. si quidem* §. *si verò.* ibi: *non ob turpem. C. de contr. vel committend. stipul.* eleganter *Bar. in l. accusationis. C. de his, quæ vi met. caus.*

Alia præterea ratione ex dictis emergente,
27 condictio, seu repetitio denegatur, quandoquidem hæc tribuitur domino, vel cui res debetur; In presenti autem dans, quia sponte dedit, omne abdicauit à se dominium, vt in superioribus diximus, contrà verò non ipsi danti, sed fisco debetur, à quo intermedio remouetur nè repetere possit, vt vsque modò lucidissimè constat.

Quapropter nullo modo poterit minister
28 ità corruptus tuta conscientia restituere dāti, cum hoc esset in præiudicium fisci, cui statim est ius quæsitum quò ad pecuniam datam, & ab ipso momento ad eum spectet, dans verò sit interdictus, prohibitus, & impossibilitatus ad repetendum. Quam veritatem agnouerunt ex theologis in contrarium in præcedentibus allegatis, *Trullench. lib. 7. decal. cap. 14. dub. 7. n. 4. Salon. sibi contra-*

rius in tr. de iust. & iur. q. 62. ar. 6. concl. 5. vers. secundò. & q. 72. ar. 4. concl. 3. sub tit. de donarijs, & munusculis. vbi docet, leges humanas super his statuentes tamquàm Reip. & bono communi necessarias esse seruandas, & obligare in conscientia; à *Salonio* tamen in hoc dissentio, quòd ipse confundit casum quando iudex iniustè remittit reo pœnam parti, aut fisco applicatam, & alium casum iniustæ acceptionis, de qua nos loquimur, in
29 vtroque enim ait teneri iudicem ante omnẽ sententiam restituere ipso facto ex lege contractus, sub qua videtur administrationem suscepisse. *Ego* verò constanter habeo quòd in primo teneatur ex quasi contractu reficere damnum, quod iniquè iudicando parti, vel fisco intulit, quandoquidem sub ista conditione videtur ad ministerium assumptus, iudicandi secundum leges, quarum posita dispositione consurgit obligatio iustitiæ commutatiuæ alteri debitæ. *In* secundò verò quàmuis sub eadem conditione præponatur à Principe, vt nempè puritatem seruet, *auth. vt iud. sin. quoq. suffrag.* tamen actio competens fisco accipiendi rem donatam vnà cum duplo iuxtà distinctionem superiùs traditam,

consurgit ex delicto, & respectu iudicis, ac corrumpentis est propriè pœna, quia re uera est vterque reus, & ob delictum damnatur. *Salon. de Iust. & iur. q. 62. ar. 7. contr. 5. vers. notemus 2. fol. 294. d. l. 1. & d. auth. nouo Iure.* & patet disertis verbis in *d. pragm. 3. tit. 13. t. 1.* ibi: *in penam restitutionis rei donatæ &c.* quoniam autem est ipso iure fisco applicata quò ad rem datam, & acceptam, solùm requiritur probatio, & sententia declaratoria, cum nemo puniatur quin priùs de
30 delicto constiterit. *d. l. 1. & d. auth. nouo iure. C. de pæn. iud. qui mal. iud.* prolata verò inde sententia retrotrahitur ad tempus commissi criminis, & res accepta restituenda venit cum fructibus retrò perceptis. *Trullench. lib. 8. decal. cap. 1. dub. x. n. 2. Meroll disp. 4. cap. 5. à n. 70. & n. 94. Guttier. canon. q. lib. 2. cap. 5. n. 18. & sub n. 28. vers. secundò. facit Barbos. de off. & pot. episc. alleg. 57. Salon. d. q. 62. ar. 3. concl. 3. vers. ad secundum respondeo f. 239.* quàmuis pecuniæ vsuræ non debeantur, ex dispositione tex. in *l. quoties C. de cond. ob turp. caus.*

Quæ quidem conclusio est verissima apud omnes, & in vtroque foro procedit.

Ne-

Neque dicas quòd fisco non ipso iure, sed post sententiam duplum illud, vel triplum
31 respectiuè applicetur, cum lex apertè loquatur per verba futuri temporis, vt in *d. auth. nouo iure.* In quibus terminis procedit theorica *Bar. in l. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & in l. Imperator, vbi addent. ff. de Iure fisci.* nam multipliciter respondeo. Primò non procedere respectu ipsius rei acceptæ, sed respectu quantitatis, quam iudex corruptus in pœnam soluere fisco damnatur. Datum quippè tamquàm scælere penes eum peruentum, statim fiscus acquirit. *d. l. lucius, & l. aufertur ff. de iur. fisc. d. auth. incest. nuptias. C. de incest. nupt.* secùs autem hac intellecta conclusione, cogeremur admittere istarum *ll.* correctionem, quod tamen nullus vsque modò probauit, neque ausus est dicere.

Secundò ex quo inhabilitatur repetere, vt
32 est probatum, per hanc inhabilitatem tollitur primum, & substantiale fundamentum, cuius prætestu, iuxtà opinionem aduersariorum theologorum, ad repetitionem fortè de iure naturæ admitteretur. post *Bar. Iason. Dec. & alios Meroll. d. disput. 4. cap. 5. à n. 99. ad nu. 109.*

109. & à n. 275. ad n. 277. & n. 282. *Bonacc. de leg. disp. 1. punct. 9. §. 2. n. 10. Sgrai (veriùs Cannata) p. 7. de senit. & pen. cap. 3 n. 22. Trullench. p. 3. dub. 6. n. 7.* omninò videndus *Gutierr. can. q. lib. 2. cap. 5. n. 28.* apud quos constantissimè probatur, quòd lex possit aliquem

33 inhabilitare, & priuare subditos bonis, ac iuribus sibi aliàs competentibus, ipsamque inhabilitatem obligare in conscientia, etiam antè sententiam, vbi nulla requiritur actio hominis, nec infamia sequatur inhabili, si ab eo abstineat, à quo per legem remouetur. Quapropter cum ex dictis pateat relatas leges loqui per verba præsentis temporis, & nulla infamia resultet à non repetendo; sed ab ipsa repetitione, vt habetur in *c. non sane 14. q. 5.* ibi: *vel puderet emisse.* constat euidenter conclusio

34 superiùs firmata; illa namque verba sæpiùs repetita à Legislatoribus: *repetere non posse*; in personam dantis directa, præceptiua sunt, & necessitatem important. Post *Vasq. Suar. Sanch. Castropal. p. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 9. sub n. 2. Bonacc. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. nu. 6. Meroll. d. cap. 5. n. 15. & seqq. & n. 41. & 81. & sequent.*

Adeoque inhabilis fit, vt neque per pœnitentiam

35 tiam restituatur ad repetendum quod anteà dederat in corruptelam, immò in præcitatis iuribus n. 16. & 19. vbi venia modò dicto cōceditur, facta probatione iudex fisco tenetur. Et quidem regulare est vt qui ex proprio delicto est effectus incapax acquirendi alicuius rei dominium, etiam sponte delatus repellatur. *l. edicto §. pen. & ibid. gl. in princ. l. ff. de iur. fisc. l. 1. vbi gl. & l. post legatum. §. fin. ff. de ijs quibus ut indign.* in terminis *Afflet. in d. const. corruptelæ. n.* Menoch. *de arb. cas.* 343. *n. 15. Boer. decis.* 153. *n. 23. & 24. Faclin. q. 111. ar. 7. n. 107.*

Rursus qualiter contrarià interpetratio ca-
36 deret in præsenti, cum immò promissionem acceptatam à iudice promissor fisco soluere cogeretur, iuxtà tex. in *l. Senatus, vbi gl. verf. duplum ff. de contr. empt. l. fin. ff. de damn. infect.*

Demum quod res accepta statim fisco debeatur, duplum verò pænæ nomine post sen-
37 tentiam condemnatoriam, generalis ratio discriminis est attento Iure communi, nam quando lex est dubia, vel loquitur per verba futuri temporis, & delictum est circa personam, tunc requiritur condemnatio, & hic

est

est casus *in d. auth. nouo iure, & in d. §. si quis autem auth. vt lit. iur.* quę propriè loquuntur, & verificantur quo ad pœnam, quam luere tenetur corruptus.

At si delictum est circa rem, prout est casus, de quo loquimur, siuè lex loquatur per verba præsentis temporis, siuè sit dubia, res illa, circa quam delinquitur, ipso iure fisco debetur; iuxta tex. *in d. l. lucius ff. de iur. fisc. d. auth. incestas nuptias vbi Bald. C. de incest. nup.* magistraliter *Bar. in l. Imperator. ff. de Iur. fisc.*

Non obstant in contrarium adducta, immò eorum resolutio patet ex supradictis, & nihilominus ad euersionem primi argumenti quod totum fundatur super non implemento causæ turpis, addo quòd ob illius defectũ nullum præiudicium danti resultat; etenim esto sequeretur sententia iniusta, adhuc esset
38 nulla ipso iure. *d. l. venales C. quand. prou. non est necess. c. venales 2. q. 6.*

Et quidem iustissimè quandoquidem nemo ex sua improbitate cõmodum sentire debet.

Conqueretur itaque turpissimè dans in eo, quod optima legis prouidentia releuatur, nè scilicet ex lege iustitiæ teneatur ex nouo illo

actu damnum parti læsæ reficere; Oportuit
39 igitur ipsum considerasse nulli permitti cõtemptis iure Diuino, naturali, & humano ad scælera properare in proximi perniciem, ac Reipublicæ exitium.

Non obstat quòd assassinus homicidio non sequuto Ecclesiastica gaudeat immunitate,
40 nam respondeo contrarium voluisse *Remig. de immun. Eccles. Plat. in epit. delict. Farin. Castropal. Mantua, & Alex.* quos probat & sequitur *Gratian. discept. for. cap.* 198. *Luc. ibid. à n.* 1. Rursus licèt *incit c.* 1. *de homic. in* 6. mandans sit perpetuò diffidatus, quàmquàm non sequatur mors naturalis, nihilominus illud diffidare excomunicationem importat, non autem quòd priuetur immunitate, vt subtilissimè exposuit *Mastrill. decis.* 293. *n.* 17. *& sequentib.*

Quicquid autem sit de prædictis opinionibus, euertitur obiectio ex hac potissima ratione, nam assassino vnica est imposita pæna, nempè mortis naturalis, sequatur necnè homicidium, quæ pæna cum omisso iuris rigore non infligatur, nisi sequuto cum effectu
41 homicidio, & aliàs ex bullę Gregorianæ contextu ob solum acceptum mandatum ab ecclesia

clesia extrahi nequeat, habemus expressam dispositionem iuris, cui stare tenemur. In casu verò præsenti plures, ac diuersæ imponuntur pœnæ iuxtà singulos actus ac successiua delicta, quæ consumantur, vt abundè probauimus.

Postremò non obstat quòd in crimine barattariæ, iuxtà benigniorem sententiam detur locus penitentiæ vt voluit *Ball. in Princ. citatus.* quandoquidem ipse refert contrarias prodijsse Tribunalium decisiones. Esto autem
42 quòd pænitentia prodesset, & iudex à patrata nequitia proferendi sententiam iniustam mutato in melius consilio, abstineret, hoc illum releuaret inspecto iure communi ad euitandam pænam ordinariam contentam in d. *auth. nouo iure, & in d. §. si quis autem auth. vt litig. iur.* quæ sanè interpetratio ità benignè apud nonnullos aliquando præualuit, quia cum ibi titulus ponatur. *de pæna iudicis qui malè iudicauit*; videtur pænam non incurri totaliter, si nondum iudicauit, ideòque satis visum fuit, si extrà ordinem puniatur, vltrà illud, quòd non acquirat iniquè acceptum. Sed quòd Iudex pænitentia ductus non decidat iniustè, non facit vt dans repetere valeat

datum in corruptelam, contrà expressam dispositionem *l. 2. & 3. ff. de cond. ob turp. caus. cum alijs supra relat. gl. in l. 2. C. de pæn. iud. qui mal. iud. Menoch. Boer. Farin. & alij cit. n. 35.* corrumpenti namque vt dicebam non conceditur omnimoda in integrum restitutio, sed solum quoad litis euentum venia proponitur, & hoc vt facilius huiusmodi crimina occulta detegantur; & bonum Reipublicæ sanctiùs, & commodiùs augeatur. *Bar. in d. auth. nouo iur.*

At si aliàs quiuis intelligere vellet, cogeretur dicere quòd sola iudicis pœnitentia corrumpenti proficeret plus quàm propria, quod est absurdum, nec leges, aut interpretes dicunt. Aliud quoque sequeretur absurdum, quia, vt diximus, sola pollicitatio punitur tùm de Iure communi, tùm ex Regni Constitutionibus, hic autem corruptelæ crimen ex parte vtriusque consumatum, remaneret inultum, & leges allegatæ euaderent elusoriæ, & possent omnes impunè delinquere. Sed hæc difficultas nequaquam cadere potest in animum cuiusuis iuris prudentiæ professoris, multò minùs apud nostrates habebit locum in Regno ex dispositione *dictar. pragmaticar. & Consti-*

tutionum quibus omnibus accedit de Iure canonico expressus tex. in *c. in pari delicto de reg. iur. in* 6. cuius decisionem in vtroque foro procedere ait ibid. *Bard. n.* 7. *Barbos. in d. c. non sanè* 14. *q.* 5. *Abb. in c. cum ab omni nu.* 8. *de vit. & honest. cler.* & ex plerisque theologis, quos refert, *Escob. de vtroq; for. ar.* 5. *nu.* 301. & 305. *par.*

Concludo igitur frustra conqueri corrumpentem de non implemento, & datam pecu-
43 niam statim fisco acquiri, cum possit Princeps sua iusta lege circa mores, & bona subditorū statuere quodcumque bono publico viderit expedire, itemque prohibere nedum actum de sui natura turpem, & contra virtutem naturalem, sed etiam indifferentem ex rei natura, & obligationem ex eo subsequentem, in quo magis elucet potestas iuris ciuilis, cum in turpibus de se accedat potiùs consequutiuè ad ius naturale, in alijs autem principaliter disponat, & ad exercitiū reducat legis virtutem subditos obligandi, quatenus de Iure naturali omnes obedire Principi tenemur, in quem iurisdictio à summo omnium principatu descendit. Hanc profectò doctrinam omnes communiter canonizant, etiam illi, qui-

bus

bus aliquando placuit indistinctè concludere, quòd leges ciuiles procedant solummodò in foro externo. *Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 42. dub. 12. nu. 55. 56. & 57. & cap 46 dub. 6. n. 45. & 46. & eod. lib. 2. cap. 17. dub. 4. nu. 19. & 20. Bonacc. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 1. nu. 1. & 7. §. 1. & 2. Salon. de Iust. & iur. q. 77. ar. 1. contr. 7. nu. 9. tom. 2. Trullench. in expos. decal. lib. 7. cap. 4. dub. 1. nu. 2. & cap. 16. dub. 2. nu. 2. Meroll. disp. 4. cap. 2. dub. 2. & cap. 3. dub. 21. n. 205. & eod. cap. 3. dub. 9. à n. 69. & dub. 24. per tot. Ioseph Ianuar. resol. moral. 66. à n. 3. per tot. Castropal. tr. 3. disp. 1. p. 5. per tot. & p. 14. n. 2. & 3.* vbi quàmplures refert, omnium ante signano *D. Th.* & probatur authoritate *D. Pauli ad Rom. cap. 13.* vt latè patet *animaduers. 2.* hac ead. p. 2.

Ex quibus omnibus clarior detegitur error illorum theologorum, quibus placuit asserere leges ciuiles procedere tantùm in foro externo: vnicus quippè Asilus, quando non attingendo legum dispositionem, neque virtutem, nesciunt se extricare ab opinione, in quã errore ducti inclinarunt. Multò minùs hoc dici potest in præsenti, quandoquidem relatæ leges vltrà virtutem naturalem, & intrin-

secam

ſecam, quam preſeferunt, damnando corruptelæ crimen, illudque puniendo, habent quoque pro obiecto formali bonum Reipublicæ, ac prohibent nedum actum, ſed effectum ſubſequentem ex turpi, & illicita conuentione, nè ex ea oriatur obligatio, damnantque ſententiam, quam ipſo iure nullam pronunciant.

Sequitur prætereà ex dictis temerarium eſſe acquieſcere aliorum dictis, vbi voluerunt
44 poſſe Iudicem licitè retinere, & accipere pro minuendo pæna corporali, vel omittendis probationibus criminum, ſub hoc præſuppoſito quòd dantes à vexatione iuſtè ſubeunda redemerint. Illi profectò liberantur, at Reſpublica perit, vt monemur in *c. quatuor, c. non licet, & c. pauper.* 11. *q.* 3.

Qui igitur circa huiuſmodi data, & accepta, vel circa quaſuis alias materias voluerint ſpretis legibus humanis ità crudè diſcurrere,
45 & homini ſeruare illæſum ius naturale, ponant eum extrà Mundum, quàmdiù namque in Mundo ſit, cogitur ſeruare leges, & Principi obedire, in cuius ditione moratur. apertè poſt *D. Th.* docuit *Caram. theol fundam. n.* 1567. 1569. 2091. 2092. *& alibi.*

Cæ-

Cæterum si leges non obligarent in conscientia, Iudices possent, immò deberent ab eis in decidendo recedere, cum sæpè eis sublatis aliter se res habeat. Exemplis res clara redditur.

Ius naturale dictat cuicumque de re sua disponere ad libitum, & tamen hæres ab intestato præfertur hæredi scripto in minùs sollẽni testamento. Item habet quartam quamuis totum patrimonium ex voluntate testatoris, vel restituere teneretur, vel esset legatarijs diuisum. Frater cui non est relicta legitima, habet inofficiosi testamenti quærelam, si persona turpis instituatur. Testamentum neque iuramento est irreuocabile. Donatio omnium bonorum contrà libertatem naturalem non valet, & iuramento firmatur quò ad præsentia tantùm, vt probaui *animadu.* 5. *p.* 1. Pactum futuræ hæreditatis neque iuratum obligat. *animadu.* 4. & 13. *ead. p.* 1. quamuis leges super his statuentes, causam præseferãt superiorem vt ibi dixi. Maritus non est in mala fide, si non restituit intrà annum luctus pecunias, vel mobilia dotalia, nec opponendo beneficium deducto nè egeat. Debitor tutè retinet illud plus, quod fuit litis redemptori remis-

missum. Maritus lucratur partem dotis ob vxoris adulterium. Idem Maritus non potest plus habere ex testamento vxoris, quàm alter ex filijs primi matrimonij. *Iudex* nō potest tuta conscientia remittere pœnam alteri, vel fisco applicatam à lege, qua præcisa nihil ei deberetur; item cogeretur repellere mulieres excipientes de beneficio S. C. Velleian. aliosque ferè innumeros casus recensere possem, qui à solo *Iure* ciuili dependent, eoque sublato, aliter inspecto Iure naturali procederent. Qui itaque dixerit *Ius* ciuile non procedere in conscientia, soluat si potest iudicem, & partium obligationes, & indè videat, si iustè infertur quòd tantùm procedant in foro externo. At sanè indubitatum est quòd acquisito irreuocabili Iure alicui ex dispositione legis ciuilis, iuxtà terminos in superioribus animaduersionibus enucleatos, statim consurgit obligatio naturalis, & in conscientia, vt alteri debeamus quod iure sibi est quæsitum, siuè ex contractu, vel quasi, siuè ex maleficio, vel quasi, siuè præter vel contrà nostram voluntatem, quæ ad iuris terminos est vtique reducenda; Lex enim est mensura externarum hominis actionum, eiusque est potestatis subdi-

torum componere mores, & circa eorum bona statuere. Adeas quæso *Castropal. disp. 1. pũct. 22. §. 1. & disp. 2. punct. 4. n. 6. Salon. de Iust. & iur. q. 62. ar. 3. conclus. 3. fol. 238. & q. 60. ar. 5. post assert. 3. vers. denique lex humana*, cum alijs adductis *anim.* 2.

ADNOTATIO.

PAulò superius sub hoc eodem nu. 45. dixi (quod etiam latè probaueram *anim. 3. lib. 1.*) donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum iuramento in dispositiuis roboratam, valere quò ad præsentia, nec in totum corruere, & hoc ex virtute eiusdem iuramenti, quod cum accedat dispositioni, veriùs actui de sui natura, & quò ad effectum diuiduo, operatur vt quo possit meliori modo sustineatur, remanente salua dispositione ad testandum de futuris, cuius implementum esset vnicum vitium ex causa iuris naturalis,
46 & gentium deductum à legislatore in *l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig.* passim à Doctoribus canonizata.

Nè igitur contra proprium institutum aliqua oriatur dubitatio, & occasio litium, ad

per-

perfectam intelligentiam hæc specialia submettere censui.

Primò, iuramentum huiusmodi effectum operari quoties nihil aliud obstet validitati donationis, nisi sublata illa libera testandi facultas; At si aliter laboraret, quia nempè non ratione rei donatæ, & sic vniuersitatis bonorum,
47 sed in odium personæ donantis, aut donatarij donatio prohiberetur, tunc frustrà allegaretur vinculum iuramenti, eiusque mox enunciata virtus. Exemplum habes in donatione facta à muliere amasio, nam illam non valere, nul-
48 lamque obligationem ad eius obseruantiam producere, habetur in *tex. in l. fin. vbi gl. ff de act. & oblig. Bar. & Bald. in l. affectionis ff. de donat.* & penetralis huius decisionis ratio est, quia causam præsefert turpem. confert *Luc. de don. disc. 42. à nu. 3.* vnde intrat regula toties repetita, quòd fisco, non donatario acquiratur. *Doct. supr. cit. anim. 8. n. 60. 61. 62.* & quamuis *Surd. consil. 469. n.* velit, non posse donantem dicere de nullitate, nihilominus id ipsum cum superiori nostra conclusione
49 concordat, quod scilicet nuda possessio penes donatarium remaneat cum onere restituendi rem donatam vna cum fructibus fisco petenti.

Secundum speciale est, donationem omniũ bonorum non illam tantùm censeri, quæ verbis concipiatur sub expressione mobilium, 50 stab., iurium, & actionum præsentium, & futurorum, sed illam quoque venire, & sub hac regula comprehendi, quæ adeò patrimonium donantis exhauriat, vt facultas testandi, cui prospiciunt leges, sit penitùs elusoria, & reduci nequeat ad exercitium. *Hodiern. contr. for. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 32. *& seq. Luc. ad Franch decis.* 168. *n.* 5. vbi donatio certæ quantitatis superexcedentis bona donantis, quamuis appareat certæ rei, & non vniuersalis, nihilominus regulæ subijcitur donationis omnium bonorum. Benè verum est quòd hoc casu nõ absolutè à principio in sui constitutione est nulla, sed expectandum est tempus mortis, cum interim posset acquirere, & potentiam facultatiuam testandi reducere ad actum extra illud onus, cui omnia bona, & vniuersa quoque iura submiserat. Nec mirùm quòd attendatur iste futurus euentus, nam vltra quòd actus inter viuos possunt habere hanc dependentiam, propriè hoc prouenit ex intrinseco vitio ipsius donationis, continentis cũ effectu, seu in se ipsam præcisè, ac necessariò

reducentis iura, & actiones non explicitè, & verbis donata, in omnimodam subiectionem, & ita pariter præsens, & futurum, vniuersum patrimonium donantis; eius proindè substantiam inspicimus non autem verba, nè aliàs cortici legis insistendo, mentem, & effectum eludere videamur. vt eleganter in terminis docuit *Camill. Medic. cons.* 107. vbi *Capic. Galeota* ita decisum refert. & idem tenuerunt *Dec. Cagnol. Rip.* & alij ab eisdem relati.

51 Prædictam conclusionem amplia etiam si donatio huiusmodi fiat in contractu matrimonij, nam non videtur in hoc priuilegiata dos, vt eius pretestu facultas adimatur testandi. ad tex. *in l. pactum quod dotali, C. de pact. l. generaliter, & l. stipulatio hoc modo concepta de verb. oblig.* cum alijs adductis *an.* 4. & 13. *q.* 1.

52 Hinc omissa quæstione an sub dispositione bonorum, addito pronomine meorum, includantur iura, & actiones, vt voluit *Tiraq. in l. si vnquam verb. bona n.* 12. *fol. mihi* 116. itaut iura, & actiones veniant in generali præcepto fideicommissariæ restitutionis; quandoquidem in materia donationis non comprehendi communis præualuit opinio; Omissa inquam hac disputatione, rectè nihilominus in terminis

no-

nostris innuit *Luc. in tract. de testam. disc.* 42. *n.* 12. quòd si verba donationis possunt importare vniuersitatem iuris, seu facultatis donanti competentis, donatio redderetur ex hoc capite ab initio nulla.

Ex quibus inferri potest quòd si vsusfructus ad vitam reseruatus non sufficiat ad alimenta, vel si tempore donationis æquet, tamen ex na-
54 tura rei appareat ab initio, quòd sit defectibilis, & quòd nihil futurum haberet ad testandum tempore mortis, possit idem donator nihil obstante donatione, de bonis donatis in proprietate disponere, cum ius illud sibi remaneat intrinsecè reseruatum, & ipsi actui donationis inhæreat, nè donando efficiatur intestabilis, quod sanè in propositis circumstantijs ex vitio ipsius latenti eueniret. ad tex. in *l. adeò §. cum quis in fin. ff. de acquir. rer. dom. l. damni infecti stipulato §. sabini ff. de damn. infect. Bar. in l. 3. §. sed si minor ff. de minor.* vbi ita distinguit, quòd si sequens actus necessariò descendit à primo, initium inspiciamus, & è contra, *l. sed & si quis §. interdum ff. de vsufr.*

Secùs autem dicendum esset, si id casu contingeret; nam tunc actio superesset ad alimēta, vel quod pars proprietatis pro illorum subministratione vendatur. Ter-

Tertium ſpeciale eſt, prædicta non procedere in donatione remuneratoria, & ob merita, dummodò aliàs quàm donantis aſſertione
55 de illis conſtet. quin immò nec proſit iuramentum, vbi donatarius ſit incapax, aut indignus, cum id totum videatur actum in fraudem legis. *Seſſe decis. 6. n. 1. & 2. tom. 4. Fab. in Cod. tit. de reuoc. don. def. 3. n. 5. & in alleg. Azeued. lib. 5. nou. recop. tit. 10. ad l. 16. n. 9. tom. 3. fol. mihi* 344.

*I*n quo tamen cautè procedendum eſt, & præſertim in donatione facta à muliere, quæ de facili decipi poteſt, ſiuè turpi affectione,
56 ſiuè in meritorum, vbi aliqua eſſent, condigna æſtimatione: Vt plurimum enim niſi cognationis ratio concurrat, vel meritorum cauſa correſpectiua non appareat, potiùs eſt præſumendum quòd importunis ſuaſionibus ſubductæ, vel præſenti modici momenti neceſſitate coactæ donent ſub ſpe ſubuentionis, aut demum ſola maioris mali apprehenſione; magis autem præſumptio augeretur, quia cum donatarius potuiſſet aliàs accipere donationem gratuitam, maluit illam veſtire meritis, & in aliam transferre ſpeciem contractus.

Quapropter ſi in talibus verſaremur, mulier

ita donans enormissimam læsionem passa, posset donationem rescindere, *Cutell. de donat. tr. 1. disc. 3. p. 4. nu. 27. fol. 497. Luc. de don. disc. 55. à n. 9. ad fin.* vbi ait pro casuum diuersitate inspectis circumstantijs, re donata, & personarum qualitate esse decidendum.

Demum pro totali intelligentia, & ad tollendum æquiuocum, quod suboriri posset inter me, & doctissimum magistrum Antonium Fabrum, addo quòd onus iniunctum donatario soluendi certã quantitatem fauore alterius,
57 & reseruatio vsus fructus sufficientis ad vitã, producunt donationem aliàs vniuersalem validam, cum possit ita donans de illa summa disponere spreto mandato, ex quo nullum ius alteri erat quæsitum, & ita procedunt quæ dixi *d. anim. 3. n. 25. & seq. p.* 1 at si in ipsa donatione sit præsens, & acceptans ille cuius fauore imponitur onus donatario, vel notarius pro eo stipuletur, & nihil remaneat ad testandum, tunc locum habet doctrina *Fabri in C. tit. de don. def. 9. num.* 8. vbi voluit parum referre an vni, vel pluribus in vno actu donetur.

Sed tempus est, vt iterum ad materiam præsentis opusculi redeamus.

ANI-

ANIMADVERSIO DECIMA QVINTA.

Reus, cui bona ſunt confiſcata, an licitè valeat alienare, & an ſpontè cogatur ea reddere fiſco ante ſententiam declaratoriam, & quid ea ſequuta? *Contra Molin. Silueſtr. Guttier. Azor. & Ioſ. Ianuar.*

SVMMARIVM.

1 POEna confiſcationis alia ipſo iure, alia poſt ſententiam. n. 2. 3.

3 Alienatio facta à reo quando reuocetur? n. 3. 4. 5. 6. 14. an peccet alienando? n. 11. & ſeqq. & n. 24.

7 Reus, cui bona ipſo iure ſunt confiſcata, fructus non facit ſuos, non tamen tenetur poſſeſſionem dimittere. declar. n. 8. ſub declar. n. 9. ratio n. 10.

15 Alienatio rei alienæ quare eſt illicita? & n. 16. 17. 18. 19. 21.

20 Emens ſcienter rem ad fiſcum, vel alium ſpectantem, peccat.

22 Iudicium quando inſtituitur etiam contra mortuum? n. 23.

1 SCiendum est ad huius quæstionis elucidationem, multipliciter quem possidere, & diuersimodè posse bonis priuari. Primo loco esse offero Dominus, cui ob delictum est inflicta confiscatio bonorum, non tamen ipso iure, sed post sententiam, hoc est, quando non sumus in criminibus exceptis, & lex loquitur per verba futuri temporis, puta priuetur, incidat in pœnam, ab eo exigatur, & simil.

2 In his quippè terminis non tenebitur delinquens pœnam luere ante sententiam, cũ regulariter ante illam nullum ius habeat fiscus, neque hypothecam in bonis delinquẽtis, ex clara decisione. *Tex. in l. 1. C. pœn. fiscal. creditor. præf. lib. x. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. l. auferentur, §. in reatu, ff. de iur. fisc.* latè *Bar. in l. post contractum,* præsertim *n* 16. *ff de*
3 *donat.* Ideoque ante sententiam, etiam post accusationem, & litem contestatam poterit præcisa fraude, vel simulatione, quocumque titulo, lucratiuo, siue onerofo bona sua alienare. *gl. in l. qui pœnæ. ff de manumiss. idem Bar. in d. l. post contractum, & in d. l. ex iudiciorum n. 3. vers. venio ad tertiam partem.* quod etiam in foro conscientiæ communiter procedere

pro-

probat ex *Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 78. vers. cæterum*, Guttier. *lib. 2. canon. q. cap. 5. n. 53. & seq.* nisi alienatio esset inreuocabilis, vt in
4 manumissione seruorum, quia tunc esset nulla *d. l. qui pœnæ ff. de manumiss. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. sub n. 178. vers. ideoque*. circa quod aliæ nō exoptantur authoritates, cum habeamus leges expressas.

5 Dixi præcisa fraude, nam si hæc interueniat, subsequuta demum sententia condemnatoria publicationis bonorum, alienatio reuocabitur, non quia fiscus à tempore commissi delicti habeat ius ad rem, vt supponit Guttier. *ibid. n.* 64. quandoquidem contrariū probatur in ll. allegatis; sed quia fraus ipsa punitur *l. in fraudem, ff. de iure fisc. l. si aliquis ff. de donat. caus. mort. Bart. ibid. & in d. l. post contractum*, signanter *n. 12. l. qui pœnæ, ff. de manumiss.*

6 Principalis ergò conclusio magis procederet, si in causas necessarias alienauerit, puta pro familiæ alimentis, pro expensis litis, etiam pro scripturis, pro ære alieno contracto soluendo, ac in remunerationem seruitiorum, dummodò non excedatur debitus modus, quorum omnium ratio patet, idm

ad hæc tenetur fiscus etiam si post sentētiam in ipsum bona peruenerint. *Bart. in d. l. post contractum à n. 12. ad 18. Guttier. vbi mox cit.* cum alijs ab eo adductis, *& n. 84. & seq.* vbi conclusionem declarat, & ego aliquid circa fisci obligationes scripsi *animaduers. 6 n. 16. et seq. p. 1.* addo *Peregr. de iur. fisc. d. lib. 1 tit. 1. sub n. 178. vers. aduerte.*

Verùm nisi appareat legitima, & realis causa alienationis, semper præsumenda est in fraudem, sequuta post delictum, maximè post litem contestatam, quia cum illa deficiat, & aliàs constet de crimine commisso, ad causam euidentem recurrimus, nisi crimen illud sit omninò occultum, nec recens, quia hoc casu sola ista præsumptio non sufficeret ad inducendam fraudem, quæ aliàs non appareret. latè *Peregr. de iure fisc. d. lib. 5. tit. 1. n. 183. & 184.*

7 Secundo modo quis dicitur possidere absque dominio, lege tamen expresè non resistente, cum scilicet bona non sunt per sententiam publicanda, sed statim commisso delicto ipso iure sunt confiscata. *Hoc* igitur casu iste talis fructus non facit suos, sed nihilominùs ante sententiam declaratoriam,

non

non cogitur à possessione resilire: Quamuis enim non sit necessaria sententia ad pœnam irrogandam, requiritur tamen declaratio, quòd illud crimen fuerit commissum. *Bar. in l. Imperator, & ibi addent. ff. de iur. fisc. Gutierr. d. cap. 5. n. 28. vers. licèt enim Merol. disp. 4. cap. 5. à n. 64. cum plur. seq.* at subsequuta huiusmodi declaratoria, quoniam hæc retrotrahitur ad primum tempus cõmissi delicti, tenetur in vtroque foro restituere omnes fructus perceptos, quod non procedit in primo casu; vt probaui *animaduer. 6. n. 16.*

8 Dixi lege expressè non resistente, quandoquidem si vltra confiscationem ipso iure impositam, superadditum esset quòd non expectata sententia declaratoria ipso facto pœnam luat; teneretur omninò possessionem dimittere, aliàs versaretur ita possidens in actuali peccato, nulloque foro esset tutus. *Extrau. ambitiosæ de rebus eccl. non alien.* quæ vbi fuit recepta, & vsu viget, est omninò seruanda. *Guttierr. lib. 1. can. q. cap. 1. sub n. 14. vers. hinc videmus. & cap. 8. & 9.*

9 Declara tamen, quòd si crimen sit occultum, & notabile sequatur detrimentum ex hac dimissione possessionis, non teneatur se

pro-

Peregrin. statim citand. n. 175.

12 Secundo huiusmodi delinquens, quasi cõtraxit cum fisco, & sua voluntate facto ipso transtulit dominium suorum bonorum in fiscum, ideóque orta est obligatio, nè alienare possit, cuius obligationis virtute fisco dominium illud est acquisitum, *l. cum duobus*, §. *idem respondit. ff. pro Soc. l. commissa de public. l. ex maleficijs, ff. de act. & oblig. Boer. decis. 277.*
13 *n 14. vers. sed quando bona*. quòd autem in delictis oriatur naturalis obligatio, etiã quò ad fiscum, hæsitare non debemus, quia qui delinquit, videtur consentire ad pœnam. *l.* 1. §. *bestias, ff. de postul. gl. in l. cum probatio, ff. de probat. cum alijs apud Addent. ad Abb. in c. cum tanto in princ. de consuet.*

14 Nec obstat, quòd fisco non inferatur præiudicium, cum ipse vendicet bona alienata à quocumque possessore pretio non restituto, & ex iure dominij sibi debiti, nisi pecuniæ vtilitas in ipsum fiscum perueniat, vt post *Didac. Couarru. Conrad. Siluest. & Simanc.* probat ex *Bart. in l. 3. ff. de his, quæ in fraud. cred. Guttierr. d. cap. 5. n. 78.* addo *Pereg. d. lib. 5. tit. 1. n. 173. & 178. & sequentib.*

15 Non obstat inquam, nam ex hac conclusione

sione vera; prout vera est etiam respectu recipientis titulo lucratiuo, vel emptoris certiorati de rei periculo, non resultat quòd possit delinquens confiscatis ipso iure bonis, tuta conscientia alienare. Quandoquidem alia est iustitiæ commutatiuæ realis obligatio, alia, quæ ex iniuria resultat. Primo casu certum est ità accipientem non fraudari, at in secundo (seclusa lege expresse resistente, ac posito crimine non excepto) iniuria committitur in eum, ad quem spectat dominiũ, venderetur enim res aliena ipso domino inuito, ab eo, qui nullum ius haberet vendendi, immò nec fructus faciendi suos.

16 Nisi hæc vera essent, sequeretur quòd vnusquisque posset vendere bona aliena cum mente statim reddendi domino iustum valorem, nam ex hoc in nihilo fraudaretur, vt malè ex hoc improbato principio pro reo vendente opinatus est *Azor. instit. mor. lib. 5. cap. 7 lib. 1. col. 480. vers. septimò quæritur*, vbi etiam fallitur docendo non acquiri fisco dominium, nisi post sententiam, cum tamen totum oppositum constet in confiscatione, siue pœna ipso iure inflicta, quia tunc statim commisso delicto transit dominium in

fiſcum, & ſolùm quò ad acquirendam poſſeſſionē deſideratur declaratoria, & apprehenſio, vt in ſeq. patebit. At quoniam dominia rerum nemini interuertere licet, eorumque præcipuus effectus eſt, vt ſola dominorum voluntate tranſferātur, contrarius actus iuri ipſi naturali gentium, & ciuili repugnat, cum licèt in effectu quò ad æſtimationem, ſiue recompenſationem non ſit in damno, nihilominùs iniuriam patitur ex illa vſurpatione dominij, quod alter eo exer-
17 cet inuito; iniuria namque nihil eſt aliud, quàm alieni iuris violatio, & illam committens dicitur iniuſtus, & actu iniuſtitiā committit. *Trullench lib. 7. Decal. dub. 2. n. 2. Leſſ. de iuſt. & iure lib. 2. dub. 1. n. 4. & dub. 3. n. 11. & cap. 11. dub. 14. n. 19* ad propoſitum ait: *Tunc lædo proximum in re magni momenti, quod meritò egerrimè ferrem mihi fieri*. generaliter quippè iniuria ex eo dicta eſt, quod nō iure fiat; omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. *l. 1. ff. de iniur.*

18 Hinc ſequitur, quòd qui poſt furtū commiſſum rem furatā vendit, quàmuis habeat animum reſtituendi pretium, peccaret nihilominùs in ipſo actu venditionis, quando quidem

quidem si res extat, & absque sui infamia potest restitui domino, eadem semper est restituenda. *Filiucc. post tr. de confess. sacr. instr. pro confess. excip. art. 4. vers. neque secundò fol. 160. tom. 1. Molin. Rebell. Caiet. Nauar. Regin.* quos citat *Bonac. de restit. disp. 1. q. 3. p. 1. n. 3.*
19 *&* 4. proindè rem illam vendendo, iniuriā infert domino, cum actu sua voluntate cogit illum ad vendendum, siue consentiendum suæ venditioni, ad quam sanè coactionem nullum habet ius, cum nemo cogatur inuitus vendere. *l. inuitum, l. dudum. C. de contr. empt. vbi Doct. l. nec emere, C. de iur. delib.* immò neque rem pro re accipere, quamuis pretiosiorem. *Doct. vbi supra.* Et ratio est, quia res semper clamat pro domino; atque hinc est, quòd pecunia non dum consumpta debet restitui, & à domino condicitur, vt dixi *anim. 6. sub n. 6.* addo *Bonac. cit. n. 7.* eademque ratione fur tenetur ad maius pretium, vt dixi *animad. 6. sub n. 51.* addo *Fagund. lib. 7. Decal. cap. 15. à n. 9. & sub n. 10.* vbi impugnat Lessium. *Filiucc.* vbi mox citatus *vers. tertiò, fol. 168. t. 1.*
20 Quod autem dixi de venditore, etiam procedit in emptore, si sciat rei vitium, illiusq;

dominium ad alium pertinere; quãuis enim possit illam dominus vindicare, vel condicere iuxtà facti qualitatẽ, nihilominùs peccatum contrahentes non excusant, cum actu iniustè ex se operari videantur.

21 Nec obstat quod supra dixi *animad.6.à n. 2.* vbi probaui, quòd quis faciendo contractum nullum de iure non peccet in ipso actu, nam ex ibi dictis, primò constat hoc verum esse, nisi nullitas procedat à causa superiori iuris naturalis. Secundò, quia loquor ibi de venditione rei propriæ, vnde nemini fit iniuria, neque legi, aut *Legislatori*, quia suppono verba legis directa in actum, non in personam agentis; hìc autem secùs est, nam fur, & is, cui bona sunt confiscata, ipso iure operatur cum iniuria alterius, vendendo nempè rem alienam inuito domino, sibique vsurpando dominium, quod nullatenus habet, adiunctis alijs reflexionibus adductis; quòcirca deficiente recta ratione operandi, actus ille nequit à peccato enodari, cum illud consideretur nè dum per oppositionem actus, & virtutis, sed etiam legis, ad id obligantis, vt probaui supra *animad.* 1. *&* 2. *ex Caram. & alijs.* quidquid aliàs sentiat *Ioseph*

Ia-

Ianuar. p. 1. resol. 65. sub n. 32. & 33. vbi docet ex *Vasq.* *Iur. Consultum in d. l. iudiciorum*, attendere ad firmitatem actus; nam verba *Text.* diriguntur in personam, & reum ipsum inhabilitant, vt mox ex illius dispositione patebit.

22 Tertio modo potest quis possidere, acquisitum scilicèt ex delicto, circa rem commisso; & hoc casu apertum est in iure, quòd etiam si delinquens decedat ante motum iudicium, potest inchoari, & finiri cum eius hæredibus, & fiscus bona illa capiet vnà cũ fructibus perceptis, illa nãque fiscus aufert, vti ab indigno *l. Lucius, ff. de iur. fisc. d. l. ex iudiciorum, ff. de accusat. l. final. C. de indign. auth. incestas nuptias, C. de incest. nupt. Bart. in d. l. Imperator, ff. de iur. fisc. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. n. 167. & sub n. 174.*

23 Inter huiusmodi delicta enumeratur principaliter illud, de quo in superioribus *animadu.* egimus, quãdo Iudex pateretur corrũpi; vt *tot. tit. ff. & C. de cond. ob turp. caus. auth. vt litig. iur. auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Constit. corruptela, & sequenti, & pragm. 3. tit. 13. tom. 1.* cum alijs adductis *animaduers. præc. per tot.* in quibus legibus, & constitutionibus

nibus

nibus turpiter, & per corruptelam acceptum ab officiali, fisco est quæsitum; & vltrà generalitatem *Text. in d. l. Lucius*, accedit quoque clara dispositio dicti *text. in l. ex iudiciorum* qua expressè prohibetur huiusmodi delinquens, immò veriùs inhabilitatur bona alienare; ibi: *Excepta repetundarum, & Maiestatis iudicio: quæ etiam mortuis reis, quibus cum nihil actum est, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fisco vindicentur.* (nota hoc *vindicentur*, propter dominium iam ante in fiscum translatum) *Adeò vt Diu. Seuerus, & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut mutare eum posse.* post *Angel. Pich. Salyc. Gig. & alios*, prosequitur *Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 174 & 175.*

24 Igitur inter tres relatas vsque modò possessionum species, hoc agnosco discrimen, vt prima sit cum sua causa, idest dominio coniuncta, ideòque possit delinquens ad sui vtilitatē fructus percipere, & præcisa fraude, vt dixi, liberè de rebus suis disponere; Secunda verò, possessio sit absque titulo, cum ille sit in fiscum translatus, vndè huiusmodi possessor nullo modo potest alienare quacū-

que

que ex causa, lucratiua, vel onerosa, & adueniente sententia declaratoria, tenetur restituere fructus perceptos. Possessionem tamen non cogitur admittere, donec ei suferatur à fisco. *gl.* communiter approbata *in cap. fraternitas* 12. *q.* 2. *Peregrin. de iur. fisc. lib* 4. *tit.* 3. *n.* 23. *Boer. decis.* 277 *n.* 9. *& sequentib. Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. *n.* 64. latè *Meroll. disp.* 4. *cap.* 5. *n.* 75. *& sequentib. Salon. de iust. & iur. q.* 78. *art.* 2. *contr.* 11 *n.* 9. *& Cunier. d. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 2.

Reliqua spectantia ad tertiam possessionis speciem habes in sequenti.

ANIMADVERSIO DECIMA SEXTA.

Officialis an teneatur ante sententiam restituere fisco acceptum à litigantibus.

SVMMARIVM.

1 *IVdex tenetur ante sententiam parti restituere, quod abstulit per concussionem. Quid fisco acceptum per corruptelam? n.* 2. *& per tot.*

2 *Fiscus an auferat vti ab indigno, vel incapaci datum ob corruptelam?*

5 *Lex in pœnis infligendis non debet esse inhumana. Potest ante declaratoriam obligare in conscientia. n. 7.*

9 *Pœna criminis corruptelæ in sui constitutione quid respicit? quæ est respectu officialis, & corrumpentis? non obligat ante sententiam n. 11. 15. & 16.*

13 *Possessionem, cui lex non resistit, nemo cogitur dimittere.*

HIc superest examinanda tertia species possessionis, de qua in præcedenti.

1 Sciendum est tamen, quòd non loquor de accepto per concussionem, id enim ante omnem Iudicis sententiam parti restituere cogitur, clamante iure naturali, cum quo etiam ius ciuile concordat, & est communis omnium Theologorum, & Canonistarum sententia, à qua nec Ciuilistæ dissentiunt.

Jn casu itaque de quo agimus, nempè in accepto per corruptelã, concurrente vtriusque turpitudine, plura veniunt considoranda.

2 Primò, an ab officiali tamquàm ab indigno auferat fiscus illud turpiter acceptum, an verò sit propriè incapax. Refert quidem

hæc

hæc scire, nam si est indignus, & ab eo vti tali in proprio significatu abdicatur, vtique est expectanda sententia declaratoria; si autem est incapax, & inhabilis ad acquirendum, alia concurrunt discutienda.

Quòd non sit incapax propriè, & strictè loquendo, possem vti authoritate Theologorum, quos impugnaui *animad.* 1. *à n.* 2. vbi volunt non teneri officialem ad restitutionem eius, quod ob actum iniustitiæ accepit ab eo, qui spontè dedit. Quòd autē propriè sit indignus, & ex hac causa auferat fiscus, possem adducere authoritatem *Peregr. de iur. fisc. lib.* 1. *tit. de indignis n.* 6. vbi ait: *Porrò indignus est habere, & fiscus aufert, quicumque ex scelere sibi acquisiuit*, comprobatur ex *Tex. in auth. nouo iure, C. de pœn. iudic. qui malè iud.* vbi fisco in pœnam duplum promissi, accepti triplum soluere, venit per sententiam condemnandus. Sequitur *Bar. in l.* 1. *C. eod.* E conuersò autem, quòd sit inhabilis, ex quo à lege verbis expressè directis in personam prohibeatur accipere, probatur ex *Text. in §. si quis, & §. seq. auth. ut litig. iur.* §. *si igitur*, cum quamplurimis §§. sequentibus; *auth. vt sine quoque suffragio*

Vtrumque fateor defendi posse,nam prohibitio contenta in *d.* § *si quis*, porrigitur ad litigantes, nè aliquid dent; illa verò expressa in §. *& hoc*, refertur ad executores. Similiter in *d.* §. sic igitur, & alijs quatuor sequẽtibus vetitum est, nè muneribus quis ad officia assumatur,nè ve assumptus furta,& concussiones committat; sed quia etiam puritas in administratione præcipitur, omnis turpitudo censetur etiam exclusa.

Vtcumque autem doctissimis viris discurrere placeat, mihi certum videtur,contextu dictarum constitutionum introspecto, inhabilem esse officialem ad hos turpes quæstus, & sine dubio hæc procedunt de Iure Regni, stante *d. pragm.* 3. *tit.* 13. *tom.* 1. cum qua concordat alia *pragmat. Marci Anton. Columnæ*, circa præsentem dubitationem, vt constat ex verbis in calce ipsius positis de subornatione, quæ reddit officialem inhabilem ad acquirendum.

3 Hoc posito,& data distinctione inter pœnas priuatiuas iuris quæsiti, & iuris quærendi, videtur,quòd effectus huius incapacitatis, aptus sit resultare ex sola legis dispositione, itaut nulla expectetur sententia declaratoria.

ria. *Meroll. disp. 4. cap. 5. n. 104.*

Secundò, cum lex immediatè prohibeat acquiſitionem, hoc impedimentum ſequitur ex natura rei, quòd acquiſitum reſtituatur cui verè debetur, nemo enim poteſt retinere quod alienum eſt. Idem *Meroll. d. cap. 5. n. 59.* & quòd incapax habeatur ac ſi non eſſet intermedius, & fiat alijs locus, docuit ex multis *Peregr. de iur. fiſc. tit. de incapaci, ibi per tot.*

4 Sed his non obſtantibus contrarium eſt dicendum in caſu præſenti, quòd immò non teneatur officialis ante ſententiam declaratoriam criminis, reſtituere fiſco quod accepit in corruptelã. Hoc autem intelligo quòad meram poſſeſſionem, nam quòad dominium non dubito ad fiſcum pertinere ab initio, præſertim ex *d pragm. 3. & d. l Lucius*, in præcedentibus relatis.

5 Probatur primò concluſio, quia lex in pœnis infligendis debet procedere ſecundum quod expoſcit humana conditio, aliàs nimis rigida eſſet, & ferè inhumana. *c. erit autem lex diſt. 4. Meroll cit. n. 76. & 84.* Vnde cum leges noſtræ poſitiuè, & expreſsè hoc non præcipiant, non eſt reus iſte condemnãdus,

6 vt etiam in conscientia cogatur reddere quod accepit, & fisco debetur; nemo enim debet esse minister, & executor pœnæ in seipsum. *Ioseph Ianuar. resol. moral. resol.* 65. *n.* 10. *Meroll. d. n.* 76. *Salon. de iust. & iur. q.* 78. *art.* 2. *contr.* 11. *n.* 6. *Guttierr. can. q. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 13.

7 Secundò, quamuis lex verbis clarissimis generaliter lata pro necessitate Reipublicæ, cæterisque concurrentibus requisitis, ante declaratoriam obligare posset in cōscientia. *Less. de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. *n.* 63.

8 *Meroll. d. cap.* 5. *n.* 84. attamen casus in indiuiduo videretur exceptus ob infamiam indè resultantem, & ob alias pœnas, quas luere teneretur se manifestans. *Meroll. d. n.* 84. quod sanè agnoscentes Legislatores prudētissimè abstinuerunt à potestate ferendi leges tàm rigorosas.

9 Tertio, inhabilitas, & incapacitas, de qua loquimur, non prouenit principaliter ex delicto, neque ex defectu ipsius officialis (nota hanc intelligentiam) sed est ordinata ob bonum Reipublicæ, & proprium decorem, immò & ad propriam ministri vtilitatem ob recompensationem, quam ex recta admini-

stratio-

stratione à supremo Principe sperat, magis ab ipso Deo iusto omnium Iudice, atque nostrorum operum (*Apostolo* clamante) remuneratore, §. *eos autem, auth. ut iud. sine quoquo suffrag. ibi: Quis enim non diligat eum, & honestate compleri magna putet, si nostro decreto, iudicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens, quia sit optimus? Sed ut hoc solum habeat studium, Deo, nobisque semetipsum commendare, & gloria frui optima, & recompensationem sperare præcipuam.* Postquàm autem Diuina, humanaque lege contempta, siue immemor contrarium ausus fuerit, & ad furta maluerit, turpemve corruptelam descendere, pœnæ statuuntur condignæ sceleri, vt qui puras manus in administratione custodire nequierit, confiscationem bono-
10 rum, exilium, & in corpus supplicium quoque sustineat, corrumpens verò causam, & pecuniam perdat, nec ei quò ad datum pœnitentia prosit. § *sic igitur, §. si quis autem auth. eod. §. si quis autem ex litigatoribus, auth. ut litigantes iurent. auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iud. gl. in d. §. sic igitur, vers. non emendantes.*

Ex quibus patet duplicem esse legis virtu-

tem,

tem, ac succeſſiuam, tùm intenſiuè in lege ferenda, tùm etiam in exequutione pœnæ ob illius violationem. *Primò* quidem reſpicit, appetitque bonum honeſtum, ſecundò exigit ex controuentione vindictam.

11 Quoniam igitur fiſco nullum ius in bonis priuatorum habenti, in pœnam datum illud cum duplo acquiri fuit conſtitutum, pœnam autem nullatenus exigi voluit lex, niſi legitimis præcedentibus probationibus, vt locis allegatis habetur; Ideò quia lex ipſa neminem ante probationes condemnauit, nec reum habere poteſt conuictum, multòque minùs damnatum, quin priùs de delicto conſtiterit, clarè reſultat, vt quòadusque illud ſit occultum, nec ſententia præcedat, pœna non debeatur.

Et quàmuis ex diſpoſitione noſtræ *prag.* 3. *tit.* 13. *tom.* 1. pœna ſit ipſo iure impoſita, in hoc differt à iure communi, vt duplum vltrà datum veniat reſtituendum abſque ſententia condemnatoria, quæ de iure communi requirebatur, vt docuit *Bart. in l.* 1. *C. de pœn. iud. qui mal. iud.* & eſt communis etiam omnium Theologorum ſententia, eò quòd ibi leges loquuntur per verba futuri tempo-

ris.

12 ris Quò verò ad rem in corruptelam acceptam nihil ex *d. pragm.* fuit innouatum, cum satis de iure constet scælere acquisita statim quò ad dominium, non quò ad possessionem ad fiscum pertinere *l. Lutius, & l. aufertur, ff. de iur. fisc. l. ex iudiciorum, ff. de accus. l commissa, ff. de publ. & vectig. auth incestas nuptias, C. de incest. nupt.* cum alijs notatis *animaduers. praeced. à n. 2. & à n. 8. 9. 10. & 13.* vtrobique autem probatio exigitur, etiam ex legibus municipalibus sæpiùs adductis, ad sententiã declaratoriam, & effectiuam pœnæ exequutionem,

13 Quapropter quia non aliter, quàm in pœnam à lege statutam, res illa spectat ad fiscum, lex autem nonnisi constito de delicto protestatur eam velle exigere, inde sequitur, vt ante sententiam declaratoriam possideat quis iure ipso permittente, quod satis est, ne teneatur in conscientia spontè fisco reddere, quod per corruptelam accepit. In terminis *Less. de iust. & iur. lib. 2 cap. 29 dub 8. n 64.* vbi loquitur ad intellectum *Tex. in d. auth. incestas nuptias.*

14 Ex dictis proinde habetur resolutio ad argumentum in contrarium adducta, ad primum

mum namque respondeo, non aptari legis dispositioni requirenti probationem, effectum de quo est quæstio; esset enim obligatio vltraquã lex exposcit. Tunc itaque legis effectus aptaretur, cũ verba legis essent clara, nulla hominis actio exquireretur, & demũ reo non resultaret infamia, quorũ neutrum in præsenti concurrit. *Salon. Ianuar. Meroll. & Guttier sup. cit.*

15 Non obstat secundum, nam & si de iure naturali, vt superiùs probaui *animadu. 9. & seq.* officialis nequeat sibi acquirere, tamen vt ibi dicebam, quàmuis iustitia legalis sit violata, illud acceptum, præcisa applicatione, fisco non debetur ex mero iure naturali, vt proprium, sed in recompensationẽ damni, seu iniuriæ Reipublicæ illatæ ratione iuris naturalis dictante, lex humana illud aufert, & fisco nomine Reipublicæ addicit in pœnam commissi criminis, ex parte tùm litigantis, tùm etiam Iudicis, quæ quidẽ pœna vt exigi valeat, requirit de necessitate probationem, non ad consequendum dominium, cum illud sit à lege ipso iure applicatum, sed ad adipiscendam possessionem, à quã reus non cogitur amoueri. *Salon. de iust.*

& iur.

& iur. q.78. contr. 11. *n. 6. verſ. primò.* Guttier. *can. q. cap.20. n.* 13. *lib.* 2. *Merol d.cap.* 5. *n.* 76. Ianuar. *reſol.* 65. *n.* 10.

16 Rurſus quàmuis obligatio incipiat ſtatim commiſſo crimine, vbi pœna imponitur ipſo iure, tamen ad ſolutionem reus non tenetur, antequàm ab eo petatur, & executio fiat, ex *Couarr.* Gabr. *Barb. in c. ſuam, n. 6. de pœn. Meroll. diſp* 4. *cap.* 5. *ſub n.* 78. *&* 79.

17 Quibus non aduerſantur quæ ſupra dicebam *animad.* 11. *n.* 8. vbi probaui non poſſe dantem repetere, ex quo pœna ſit ipſa inhabilitas à lege inflicta, qua ſtatim ipſe ligatur in conſcientia. Non obſtant inquam, nam ibi dans peteret rem non ſuam, nec ſibi debitam, atque fiſco applicatam, & ſic illicitè peteret; proindè ſi inhabilitas illa ipſum non remoueret, nullus penè reſultaret vnquàm legis effectus, immò quia reſtitutio facienda
18 eſt cui fuerat res applicata (vt probaui) poſſeſſor ei petenti nullatenus teneretur. *Salon. de iuſt. & iur. q.* 62. *ar.* 6. *contr.* 5. *concl.*6. *verſ. ſecundò, fol.* 295.

Hìc autem & ſi ad acquirẽdum dominium officialis ſit quoque inhabilis, tamen poſſidere non prohibetur, ideòque ante ſenten-

tiam non cogitur restituere. Quibus rectè perpensis, habes verum, & genuinum intellectum, *Tex. in c. in pari delicto de reg. iur. in 6.* Etenim supposito quòd neuter ipsorum sit dominus, & ad alium spectet, idest fiscum, vti scælere acquisitum auferentem, prior ille dominus, qui ob iniquam dationē omne ius amisit, non potest datum recuperare, accipiens vero (licèt iniquè) in possessione perseuerabit, donec constito de delicto, & acceptum restituere, & pœnas impositas subire cogatur. Possessioni igitur accipientis cum lex non resistat, ista vocabitur possessio iuris saltem permissiui, nam verè ius non assistit, & si non resistat expressè, & ita intelligo. *Less. de iust. & iur. d. lib. 2. cap. 29. dub. 8. n. 64.* cum quo concordat *Trullench. lib. 8. Decal. cap. 1. dub. 10. n. 2.*

ANI-

ANIMADVERSIO DECIMA SEPTIMA.

Reo negligentia administratoris fiscalis perseseueranti in possessione bonorum post sententiam, siuè declaratoriam, an liceat de ea testari. *Contra Ioseph Ianuar.*

SVMMARIVM.

1 *REus non tenetur etiam post sententiam spontè dimittere possessionem, non tamen potest alienare. n. 2. potest hæredem instituere. n. 3. ratio. n. 4 7. 10. 11. 20. an teneatur monere hæredem de vitio bonorum? n 9. 21.*

5 *Possessio non acquiritur absque apprehēsione. n. 18. 22. debetur hæredi etiam de re depositata, & commodata penès defunctum. n. 6. 8.*

12 *Actus qui principaliter agitur attenditur.*

13 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*

14 *Heres tenetur fisco ad pretium rei confiscatæ vnà cum fructibus. Si vendat bona fide non peccat. n. 16. 17.*

15 *Mala fides authoris quando noceat?*

19 *Interdictum vnde vi competit possessori malæ fidei.*

23 *Fiscus non allegat ignorantiam. Potest relaxare confiscationem*

24 *Præscribi potest delictum, & confiscatio. n. 25.*

26 *Possessio ex contractu nullo differt, à possessione rei confiscatæ. ratio n. 27. 28. 29. Et quid in pœna conuentionali? n. 30. 31.*

32 *Officialis impediens acquisitionem fisco, tenetur ad damnum ante sententiam.*

1 DIxi suprà in præcedenti ex *Meroll. disp.* 4. *cap.* 5. *sub n.* 78. & 79. quòd reus non tenetur etiam sequuta sententia fisco bona confiscata non petenti sua sponte offerre, & satis esse si non resistat. Similiter probaueram *animad.* 15. *à n.* 11. *ex eod.* Meroll.
2 & alijs, non posse reum confiscatis ipso iure bonis, nec dum sequuta declaratoria, quouis titulo ad alienationes procedere. Ex his igitur præsens dubitatio consurgit apud *Ianuar. resol. moral.* 65. *n.* 29 *p.* 1. qui cum velit impugnare *Meroll.* quò ad alienationem, docendo ex *Vasquez*, quòd hæc licitè fiat ante declaratoriam, illum quoque redarguit in
3 alia superiori conclusione, asserendo quòd si alienare nequeat, ità pariter de bonis per eum possessis neque testari, vel saltem ad

exo-

exonerandam propriam conſcientiam, debeat hæredem grauare de reſtituendo fiſco, cum aliàs de facili is alienare poſſet, & ità fiſcus re ſua fraudaretur.

Verùm *Ianuarius* gratis hæc expendit, & doctrina *Merollæ*, quam ſequimur, vera eſt etiam quò ad hoc, vt licitè de bonis illis teſtetur, & ad hæredem transmittat.

Probatur primò (ſuppoſito quòd ex delicto non efficiatur inteſtabilis, vt in *l.15. C de*
4 *Hæret. & Manich.*) nam hæredis inſtitutio eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habebat. *l nihil eſt aliud, ff. de verb. ſignific.* cuius vniuerſalis iuris actiui, & paſſiui repræſentatio facit, vt hæres reputetur vna perſona cum defuncto. *gl. in §. legatarijs inſtit. de teſtam. ordin. gl. in §. heredes,* vbi *Angel. n 2. inſtit. de hæred. inſtit.* ideòque teſtando nihil innouat ex hæredis inſtitutione, cũ idem quoque reputetur in vtroque dominium, ſecundum *Raphael.* quem refert *ibid. Angel.* ſequitur *Port. in d. §. heredes,*
5 *n 2.* Et quamuis oporteat apprehendi poſſeſſionem, vbi ex ſtatuto non continuatur, tamen ſi neque ante aditionem fuerit occupata, intelligitur fuiſſe ſemper continuatam.

Port.

6 *Port. cit. n.*3. cum autem hæres voluerit eam apprehendere etiã in bonis naturaliter possessis à testatore, in possessionem est immittendus, ex clara dispositione *Text. in l. fin. C. de edit. D. Adrian. toll.* vt latè prosequitur *Menoch. de adipisc. poss. rem.* 4. *à n.* 363.

7 Quocirca licèt res illæ non possint alienari, tamen & si non vt propriæ testatoris, vt contentæ in vniuersali possessione, cum ipsa vniuersitate iuris trãseunt in hæredem, nihil quippè immutato in fisci prẹiudicium, quò ad illarum proprietatem, & ius adipiscendæ possessionis *l. vitia* 11. *C. de acquir. poss l. cum hæres, ff. de diuers. & temp præscript. l. alienatio, ff de contr. empt. l. Pomponius* §. 1. *ff de acquir. poss. Fab. in C. lib.*4. *tit.* 3. *def.* 2. *n.* 13. *in alleg. Capic. dec.* 1. *n.* 5.

8 Patent hæc, nam in hæredem transeunt bona penes testatorem depositata, vel ei cõmodata, sub eodem onere, eisdemque qualitatibus, quibus à defuncto possidebantur, & tamen non video, quòd is peccet instituendo sibi hæredem, nec aliquid imponendo

9 circa illorum restitutionem, nisi cum sint ei confidenter data, probabiliter præuideat futuram litem inter dominum, & hæredem; & hæc

& hoc ſanè ceſſaret, ſi is eſſet cauteiatus ſcriptura, maximè ſi inſtrumento; vnde cum in caſu noſtro conſtet euidenter, nec tergiuerſari poſſit ius fiſci, talis declaratio non eſt neceſſaria ad ſalutem, nec proinde hæres eſt grauandus, quia ſufficit fiſco petere, immò velle, & habebit, cum poſſit authoritate propria capere ab ipſo hærede, cuius inſtitutio neque in meritis, neque in modo agendi fiſco præiudicium infert. *l. Lucius de iur. fiſc. l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. Peregrin. de iur. fiſc. lib. tit. n. Capic. d. deciſ.* 1. *Menoch. de retin. poſſ. remed.* 3 *n.* 832.

10 Secundo, ideò alienatio rei alienæ prohibetur, quia per illum actum principaliter infertur iniuria domino, & ius dominij vſurpatur, at quando quis hæredem inſtituit, principaliter agit quod eſt ſuæ poteſtatis, & à lege permittitur. Et quàmuis in hæredem tranſeant bona per defunctum naturaliter poſſeſſa, & quorum non habebat dominium, nihilominùs quia neque perſona mutatur, cum fictione iuris eadem reputetur, nulla domino fiſco infertur iniuria, nec ius dominij vſurpatur, ſed per accidens illa perueniunt ad hæredem cum vniuerſitate iuris, de

cuius

11 cujus natura est continere in se etiam onera vniuersa, qualia defuncto inhærebant *l. hæreditatem, ff. mandat. l. quædam, §. nihil, ff. de edend.*
12 Causa igitur naturalis est attendenda, nempè actus, qui principaliter geritur, & tantũmodo aptus est ad transferendum omne ius suum repræsentatiuè in hæredem.
13 Quæ cum in emptore, vel donatario non concurrant, merito supra probaui non posse alienare tuta conscientia. Ita pariter scimus ius patronatus tamquàm spirituale, vel spirituali annexum, vendi, & donari non posse, tamen cum vniuersalitate iuris in hæredem transire. *c. ex literis, & c. cum sæculum*, latè *Garc. de benef. p. 5. cap. 9. à n.* 19.
14 Tertiò, quàmuis hæres deinde alienaret, hoc per accidens sequeretur, posset enim nõ alienare, nec inde excusaretur à restitutione pretij cum fructibus, immo poterit fiscus rem vindicare. Ratio est, quia & si bona fide ageret, tamen stante mala fide, in qua versabatur eius author, cuius est hæres, hęc perseuerat, & nulla subest causa percipiendi fructus ad sui vtilitatem.
15 Quàmuis enim ex mutatione personæ super-

perueniens bona fides à restitutione fructuũ excuset, tamen fallit in hærede ob totalem repræsentantiã defuncti, quæ causatur in eo. *Bar. in l. ex diuerso. Ab in c. grauis n. 10 de rest. spol.*

16 Vendendo itaque hæres, supposita bona fide, non peccaret, neque in foro fori puniretur, cum regulariter nullum sit delictum absque dolo, vel lata culpa, nec pœna saltem ordinaria dignum. *l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. absentem, §. fin. l. Metrodorum, & l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis.*

17 neque apud Deum inculpabiliter ignorans committit culpam, cũ hæc consistat in praua voluntate, qua quis declinat à recta ratione operandi.

At si dixeris, quòd hæres potest effici non soluendo, & fiscus fraudaretur in fructibus, quos profectò nequit à tertio emptore bonæ fidei repetere, quàmuis corpus alienatum vendicet, ideòque cum hæc omnia teneatur præuidere reus testando, & probabile sit hæredem alienaturũ, necessariò sequitur, quòd obstringatur in conscientia hoc interesse fisci præcauere.

Respondeo primò alienationem sequi per accidens, non necessariò ex natura institutionis, posset enim non alienare (vt dicebã.)

Secundò, esto quòd hæc omnia sequantur, fisco est imputandum, eiusque administratori, qui cum ex officio teneatur inquirere bona fiscalia, ità negligenter se gesserit.

18 *Probatur* à priori principalis conclusio *Merol.* quòd scilicet possit licitè testari reus condemnatus in casu proposito, nam quãuis ante sententiam possit sua possessio dici possessio iuris, & post sententiam possessio facti, vt in fine *præc. animad.* notaui, nihilominùs quia possessio solo animo nõ acquiritur, sed requiritur apprehensio, vt mòx suprà dicebam ex *d. §. hæredes*, vbi *Ang. & Pert. n.* 2. *instit de hæred. instit.* indè sequitur, quòd fiscus non dum appræhensa possessione, solùm habeat ius ad illam, & possessor huiusmodi nequeat esse legitimus contradictor. *Menoch. de adipisc. poss. rem.* 4. *n.* 603.

19 At ipsi reo proderit nè ab alio præter fiscũ, turbari possit, quandoquidem ad interdictũ vnde vi, vel vti possidens sufficit sola possessio sine bona fide. *c. ex literis de rest. spol. l.* 1. *C. vnde vi. Innoc. in c cũ venissent, de in integr. rest.* quem refert, & sequitur *Capic. decis.* 189. *n.* 4.

20 Quapropter actus institutionis hæredis, aptus est ad transmittendum hoc ius, cum illa possessione facti, quamuis cum vitijs annexis

respe-

respectu fisci ad differentiam venditionis, in qua principaliter intentus est transferre dominium, quod cum sit apud vendentem, vsurpatur à vero domino, qui est fiscus.

21 Probatur iterum conclusio *Merol.* quò ad aliam partem, quòd scilicet non teneatur aperire suo hæredi vitium suæ possessionis, nec eum grauare ad restituendum, etenim quemadmodum potest fiscus non acquirere confiscationem, & acquisitã relaxare; scripsi *animad.* 6. *àn.* 22. *p.* 1; ità si cum esset in sua potestate per publica banna obligare scientes, & ipsum reum post sententiam ad reuelandum omnia bona confiscata, id omisit, vel possumus presumere, quòd reliqua sibi ignota habeat vti deserta, vel saltèm quòd omni rigore postposito, velit adipisci eorum possessionem, cum statim ad eius notitiam per-
22 uenerint. Quo casu quàmuis aliena etiã deserta nemo possit inuadere, possessionem nihilominùs retinere licet tacente, & patiente illo, cuius interest pœnam exigere sibi debitam. *Salon.* & alij mox citandi.

23 Nec obstat, quòd hæc procedant sciente, & patiente domino, non autem eo ignorante, nam fiscus non potest allegare ignorantiam, quia & si de facto nesciat talia bona

esse delinquentis, potuit,& debuit nihilominùs scire per proclama (vt dixi) vnde omissa tali diligentia, videtur alia bona neglexisse.

24 Quod profectò satis est, nè spōtè reus exhibere cogatur in conscientia, immò potest præscribere. post alios *Bonac.de leg.disp.* 1. *q.*1. *punct.*7. §.2. *n.*30. quem sequitur *Castrop. tr.* 3. *disp.*2. *punct.*3. *n.*5.

25 Similiter non obstat, quòd delinquens versatur in mala fide, cum sciat rem alienã esse, nam respondeo dupliciter fieri tutum, vel ante sententiam præscribendo delictum, vel ante, & post sententiam præscribendo bona. In primis est clarus, *Text.in l.quærela, vbi glos. & DD. C.ad l.Cornel. de fals.* latè *Farin.de inquis. q* 10. *per tot.* vbi singulorum delictorū tempora præscriptionis enumerat.

In secundo verò nulli dubium est ius confiscandi præscribi posse, & solùm circa tempus variant Doctores ob contrarias, quæ videntur, in vtroque iure decisiones, quas omnes refert *Farin.in tit.de delict & pœn. q.* 25. *à n.*158. apud quem constat in quinque varias opiniones abijsse iuris ciuilis, & canonici interpretes. Conciliat autem idem *Farin. à n.* 163. concludens, quòd in crimine hæresis requiratur tempus 40. annor. per *tex.* expres-
sum

ſum in *c.2.de præſcr.in 6.* In alijs verò criminibus,puta leſæ Maieſtatis humanæ, vel alijs de iure communi,vel ſtatutario licèt ius perſequendi perſonam duret 20. annis, ius nihilominùs confiſcādi, non excedit quinquēnium, *l.in cognitione, ff. ad Syllan.* & hoc ante ſequutam publicationem. Poſt verò factam, ſi eſt propter vectigal non ſolutum,bona nō incorporata, nec appræhenſa per fiſcū præſcribuntur quinquennio,iuxtà *Tex in l.2.C de vectigal.& commiſ.Bart.Bald. & alij in l. commiſſa, ff. de public.*

Si verò publicatio ſit ob aliud delictum, quàm ob non ſolutum vectigal, & tunc poſſidens cum titulo præſcriberet ſpatio decem annorum,ſine titulo autem viginti,iuxtà *tex. in l.in omnibus ff.de diuerſ & temp.præſc.* Adeas. *Boſſ.in tit.de bon publ n.78.Farin. vbi ſupr.* cum alijs ab eo relatis,vbi de ratione concluſionū.

Verùm in Regno poſt ſententiam actio rei vendicatoria non præſcriberetur minori ſpatio centum annorum,quò tantū tempore dominia rerum præſcribuntur.

Sed neque ex his reſultat, quòd durante tempore præſcriptionis,quemadmodum nō illicitè poſſidet, ità poſſit alienare, quandoquidem de poſſeſſione ad actum dominij

tran-

transiret vis argumenti, quod ex dictis nihil concluderet.

26 Demum non obstat quæ supra addidi *animadu.6.sub n.19.vers. at si nullitas*, vbi dixi ex contractu nullo, vel iniusto titulo possidentem teneri rem vero domino restituere, quãdoquidem aliud est in contractibus, aliud in pœnalibus actionibus. In primis enim cum secundùm leges cõtrahere debeamus, vt rerum dominia valeamus acquirere, eis neglectis contrahendo, nullum, vel iniustum titulum comparamus, quapropter eo sublato, vel improbato clamat, & executor est contra nosmetipsos ius naturale, quod nullum hominis ministerium exquirit, vt res illa secũdùm conscientiam domino suo reddatur. *Salon.de iust.& iur. q 78 art. 2 contr. 9. sub n. 6.* ex *Nauar. Guttier. can. q. lib 2.cap.20. n 13.*

27 In secundis verò executor est fiscus, qui ab alio aufert iusto quidem titulo, ac recta lege, siue sententia, & cum totum negotium pendeat à lege humana, satis est ei non resistere ob dependentiam, quam habet cum naturali, ac deriuationem à lege ęterna, actiones autẽ pœnales nemo tenetur exequi in seipsum, & bona, quæ possidet. *Salon d q 78. contr. 11. n.6. vers. primò, Guttier. ibid Meroll d.cap.5 n 76. Ios.*

Ia-

Ianuar d. resol. 65. *n.* 10. nisi ex forma senten-
28 tiæ, siue legis appareant verba clarè in personam directa, vt ipse reus exequatur, & adimpleat, quia tunc si pœna esset pecuniaria, & tolerabilis, vtique teneretur. *Meroll. d. cap* 5 *à n.*121. *&* 130.

29 Alia quoque est discriminis ratio, quia acquirēs ex cōtractu nullo aufert ab alio quod suum est, & hoc neque ius naturale, neque ciuile patitur. E conuerso verò in pœnalibus fiscus aufert à possessore iniusto, & per legē, siue sententiam damnato, vnde si cum possit legem, vel sententiam exequi, id negligenter omittat, videtur ipse pati reum in possessione perseuerare. *Salon. d. q.*78. *art.*2. *contr.* 11. *n.* 9. 16. *Guttier. can. q. d. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 12.
30 vbi inter conuentionalem, & legalem, aut iudicialem pœnam hoc discrimen agnoscit, quod illa ipso facto incurratur, hæc post iudicis sententiam, siuè declarationem, neutrā tamen quis luere teneatur neque in consciētia, nisi fisco, vel parte instante, per *d gl.* communiter approbatā *in c. fraternitas* 12. *q.* 2. *Barb. in c. suam n.*6 *de pœn.* atque hæc est potissima ratio, quòd res illa legitimo tempore præscribi possit, nā cum fiscus non curet habere possessionē, & media sibi planissima, vt dice-

dicebam, omittat, implicitè, & interpretatiuè videtur remittere. *Solon.* vbi mox *cit.*

31 Neque demum refragatur, quòd post sententiam, aut declaratoriam ille non tenetur vti reus, sed vti possessor rei alienæ, ideòque non requisitus cogitur restituere; nã respondeo, quod respectu eiusdem rei est propriè pœna. *Salon.* statim *cit. Barb. in c fine litibus n.5. de dol. & contum.* quàmuis respectu officialis,

32 cui cõpetit ex officio curare de exequutione, esset obligatio soluẽdi, & debiti restitutio, vndè iste culpabiliter se gerens in administratione sui officij, & contra disposita per *Tex. in l. si quis intrà, C. de bon. damn.* tamquàm impediens acquisitionẽ fisco debitam, tenebitur antè omnẽ sententiam eidem fisco nõ petenti restituere, quod eius culpa nõ acquisiuit. Vide *Salon. tr. 1. de iust & iur. q. 62. art. 3. contr. 5. vers. notemus secundo, fol. 299. & q. 68. art. 3. concl. 2.*

Constat igitur reum possidere, & testari iuxtà prædicta posse, non tamen alienare. Cæterùm hæc satis pro modò; & si quid boni habuisti, scias quod vbique sit referenda

LAVS DEO.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Opere continentur.

A

ACTIO, cui obstet exceptio, quando licitè proponatur? an. 7. n. 15. non oritur ex sola naturali obligatione. an. 12. n. 15. secùs repetitio. actio materialis non est abstrahibilis ab opere formali per se turpi, & non denudabili à malitia. an. 8. n. 16. & seq.

Actus regulatur à fine. an. 3. n. 4. est bonus, vel malus ratione finis, operis, aut praecepti. an. 14. sub n. 6. 19. 20. & 21. ex actu nullo non transfertur dominium. an. 6. n. 13. actus nullì de iure positiuo, & de se turpis discrimen. an. 6. n. 14. & verbo contractus.

Agens lege resistente petit indebitum, ideoque peccat. an. 8. n. 28. 45. 49. contra legem annullantem, vel prohibentem, quando peccet? an. 7. n. 3. & per tot. agens ex contractu nullo. ibid. n. 6. & seq.

Alienatio facta à reo quando reuocetur? an. 15. n. 3. 4. 5. 6. 14. an sit illicita? n. 11. & seq. & n. 24. facta de re aliena cur sit illicita? ibid. n. 15. 16. 17. 18. 19. 21.

Amici sæpè mutantur. an. 11. n. 6.

Assassinus quando priuatur immunitate? an. 14. n. 2. & 40.

B

BONA delinquentium quando, & quomodo fisco debentur? vide verb. alienatio, fiscus, possessio, reus. Scelere quaesita capit fiscus. an. 14. n. 13.

Bonorum diuisio fuit necessaria ad conseruationem humanae societatis. ib. n. 4.

Bonitas, vel malitia actus in quo consistat? an. 6. n. 6. 8. 9. & an 14. sub n. 6. 19. 20. 21. vide verb. actus, peccatum. Metitur iuxtà virtutem, aut vitium. an. 10. n. 9. & 20.

C

CLausula irritans tollit obligationem naturalem. an. 3. n. 12.

Clerici quomodo ligantur legibus? an. 2. n. 21. & 24.

Concussio ex quibus excluditur? an. 13. n. 13. 14 15. 16.

Condictio certi vbi denegatur, censetur etiam denegata condictio sine causa. an. 14. n. 26.

Conscientia erronea obligat. an. 8. n. 35. 70. 71.

Consensus inducit obligationem spreta sollemnitate iuris ciuilis. an. 5. n. 1. contr. n. 2. 3.

Consuetudo tollit legem. an. 1. n. 2. decl. n. 30. 31. 32. quomodo habeat vim legis, & quãdo peccent illam inducentes? n. 31. & seq.

Contemptus formalis legis, habet aliam peccati malitiam. an. 2. n. 17. & an. 6. n. 11. virtualis est in quacumque transgressione. d. an. 2. n. 15.

Corpus physicum, & ciuile, aut mysticum quomodo conueniant? an. 1. n. 23. & in introd.

Corrumpens repetit pignus, non pecuniam datam in-

cor-

corruptelam. an. 12. n. 1. 2. vid. verb. pœna, & verb. officialis. repetitio. restitutio. fiscus. fructus. pignus. pœnitentia.

Crimen corruptelæ prosequitur fiscus etiam contra mortuum. an. 15. n. 23. est ad instar læsæ Maiestatis. an. 14. n. 11. consumatur in instanti pollicitationis. n. 9. & respectu vtriusque ex conuentione. n. 16. & sub n. 26. etiam dando ad ferendam ita sententiam. an. 13. n. 1. ratio. n. 2. 4. 5. 6. & 7. decl. n. 9. 10. 11. 12. est distinctum à crimine sententiæ iniustè latæ. d. an. 14. n. 15. & seq. reliqua vide verb. pœna, iustitia, sententia, peccatum.

Contrahens scienter contra futuram legem promulgandam, non excusatur à pœna. an. 1. n. 9. contrahens contra legis dispositionem an, & quando peccet in ipso actu? an. 6. n. 1. 2. 3. & per tot. quid de inhabilitato ad contrahendum? an. 7. n. 4. & seq. 17. 18. & seq.

Contractus à natura liciti ex circumstantiis prohibentur à lege. an. 14. n. 5. multipliciter prohibentur. de eorum differentia, & effectu an. 7. per tot. an. 3. n. 2. 3. 5. 25. 26. & quãdo sint de se turpis, vel nulli fauore publico, vel priuato? an. 6. à n. 10. ad 52.

D

DAtum in dubio videtur ad corrumpendum officialem. an. 15. n. 10.

Delictum proprium nemini prodesse debet. an. 11. n. 11. non est absque dolo. an. 17. n. 16. delicta patrare contra ius Diuinum, & humanum nemini licet. an. 14. n. 39.

Depositum quo ad possessionem debetur hæredi, idem est in commodato. an. 17. n. 8.

Diuisio bonorum necessaria ad humanæ societatis conseruationem. an. 14. n. 5.

Dominium non acquirit accipiens pro actu iniustitiæ. an. 9. n. 3 ratio. n. 6. & seq. amittit qui dedit ad corrumpendũ Iudicem. an. 11. n. 12.

Ex iusta causa potest auferri à lege. turpis lucri non transit in accipientem, sed fisci. an. 8. n. 46. 47. 48. vide verb. fiscus, reus, restitutio.

Dominia diuidi oportuit ad conseruationem humanæ societatis. an. 14. n. 5.

Dominium hominum super homines à Natura. an. 1. n. 11. diuersitas dominationis à Iure positiuo, vel gentium. ibi. n. 13. & 17.

Donatio prodiga est illicita. an. 10. n. 10. reuocatur, n. 11. inter patrem, & filium, & inter virum, & vxorem quare prohibetur? an. 3. n. 6. 7. 8. vltra legitimam filiorum reuocatur. an. 10. n. 10. in dubio facta officiali censetur in corruptelam. an. 13. n. 7. 8. & 15. in remunerationem delicti præteriti an liceat? an. 8. n. 60. 63. & 66.

Donans sibi obligat animum eius, cui donatur. an. 13. n. 7.

Dos vni ex filijs assignata in præiudicium legitimæ aliorum reuocatur. an. 10. n. 10. 11.

E

ELeemosyna fiat ex propria substantia. an. 8. n. 44. quomodo procedit regula in illicitè quæsitis? ib. & n. 43.

Emens scienter rem fisci, vel alterius peccat. an. 15. n. 20. quando teneatur ad fructus rei emptæ alteri debitæ post certum tempus? an. 6. n. 24. 25. & 26. data scientia non repetit pretium. ibi. n. 29. 30. & 31. emptor rei furtiuè amittit pretium. an. 6. n. 46. decl. n. 47. sub decl. n. 48.

Exceptio S. C. Velleiani licitè proponitur, nisi sit iuramento re-

renunciata. an.3. n.17. at Sen.C. Macedoniani nequit renunciari iuramento, ib.n.19. tollit mediatè naturalem obligationem. n.23. 24.

F

FIdes est seruanda in licitè promissis. an. 8. n. 58. secùs è contra. n. 59.

Filius familias non potest iuramento renunciare S.C. Maced. an. 3. n. 14. 23. 24. at non repetit solutum de suo peculio. ibi. & an.12. n.16. decl.n.17.

Finis Principis est ordinare subditorum temporalem tranquillitatem, ad faciliùs consequendam æternam. differt à fine particularium. an. 1. n. 16. 28. finis agentis debet esse ordinatus. an.3. n.1.

Fiscus aufert illicitè quæsita. an. 14. n. 13. 36. 37. an. 16. n. 12. 18. an. 8. n.46. Data confiscatione ipso iure, acquirit dominium. an. 15. n.7. non tamen possessionẽ. n.8. 9.10. ibid. aufert vti ab indigno, vel incapaci datum ob corruptelam. an. 16. n.2. non potest allegare ignorantiam bonorum confiscatorum. an. 17. n.23. ratio. n. 21. & 29. potest non acquirere, & acquisitum relaxare. d. n.21 non habet actionem ante sententiam, vbi hæc exigitur ad confiscationem, ideoque non aufert bona post delictum alienata absque fraude. an. 15. n. 2. 3. decl. n. 4. 5. 6. tenetur ad debita delinquentis. ibid. si reuendicat bona alienata non restituit pretium emptori; non obstante eius bona fide. n. 14.

Fructus non facit suos reus, cui bona sunt confiscata. an. 15. n.7. sed non tenetur spontè dimittere possessionem. decl. n.8. subdecl. n. 9. vid. verb. possessor, pœna, officialis, reus.

Qua-

Qualiter possessor bonæ fidei faciat suos, & restituat? an.6.n. 36. quid de possessore malæ fidei?

Fur peccat vendendo rem furatam. an.15.n.18. tenetur ad maius pretium. an.6.n.51. vers. propterea cum seq. fol. 104. & seq. & an. 15. n.19. tenetur de casu fortuito. dict. an 6.n.49.

H

HÆres ex testamento nullo intentata nullitate à successoribus ab intestato, an licitè possideat? an.7.n.14.

Particularis capit totam hæreditatem, non adeunte hærede vniuersali. ibi. n.13.

Succedit in vniuersum ius defuncti, & reputatur vna persona. an.17. n.4. tenetur apprehendere possessionem si non continuatur à statuto. ib. n. 5. 18. immittendus est in possessionem bonorum, quæ testator naturaliter possidebat. n.6. etiam in deposito, aut commodato. n.8. hæredi nocet mala fides defuncti. an.17. n.15. data bona fide non peccat vẽdendo bona defuncti confiscata. an.16.n.16. non recuperat bona propria à suo authore alienata. an.6.n.23.

Hæreditas de sui natura continet vniuersa iura actiua, & passiua. an. 17. n 11.

Homo secundùm intellectum, & secundùm sensum valdè differt. an.9. n.18.

I

IGnorantia excusat à pœna. an.1. n.36. bonorum confiscatorum fisco non prodest. an.17.n.23.

Immunitas quare non conceditur assassino? an.14 n.2 & 40.

Impossibile quot modis, & qualiter accipiatur? an.9. 17. 20. 21. 22.

In-

Inhabilitas ipsa est pœna, quæ non requirit sententiam ad obligandum in conscientia. an. 11. n. 9. an. 14. n. 33. intellige prout. an. 16. n. 13. 14. 17.
Inhabilis etiam spontè delatus non efficitur capax consequendi id, à quo ex proprio delicto arcebatur. an. 14. n. 35.
Iniuria est alieni iuris violatio. an. 15. n. 17. committitur si vendatur res fisci, vel alterius.
Iniustitia committitur ob inobedientiam legis. an. 2. n. 15. 16. consistit in violatione legis. ibi.
Interdictum vnde vi, & vti possidetis quomodo competat possessori malæ fidei? an. 17. n. 19.
Interpellatio data scientia non requiritur. an. 6 n. 26. & 32.
Iudex iniquè iudicans facit litem suam. an. 14. n. 17. peccat aliquid accipiendo pro liberando reo, vel omittendis probationibus. ib. n. 44. vid. verb. officialis, pœna, reus fructus.
Iudicium quando instituitur etiam contra mortuum? an. 15. n. 22. 23. iudicia oportet esse intemerata. an. 14. n. 12.
Iurans se seruaturum actum nullum peccat in ipso actu. an. 7. n. 1. ampl. à n. 3. ad n. 8. & per per tot. decl. n. 3. 4. 9. & 21. iuramenti requisita. n. 2. & 7.
Iuramentum confirmat donationem inter virum, & vxorem. an. 3. n. 9. decl. n. 10. ratio. n. 12. præstitum in executiuis quando prodest? ib. n. 11. quid operatur in renunciatione S. C. Maced? n. 19. quid in S. C. Vell? n. 17. non validat actus turpes . an. 3. n. 26. nec actus nullos fauore publico. an. 4. n. 1. & 11. non supplet sollemnitatem pro forma requisitam. an. 2. n. 2. & seq. lim. n. 4. declar. n. 8. non firmat actum, cui lex resistit. an. 6. n. 7.
Ius condendi leges, & ius obligandi. an. 1. n. 3. 5. 6. non differt n. 7. & per tot.
Ius dominandi super homines à natura. an. 1. n. 11.
Iuris positiui origo apud Romanos, & successiua mutatio. an. 1. n. 19.

Iustitia est maxima inter virtutes. an. 9. n. 19. est inuendibilis. n. 9. 11. 16. & 29. administranda est absque pretio. an. 10. n. 3. 7. 10. 12. & per tot. violatur auro. an. 13. n. 5.

L

Leges non approbatæ à populo non ligāt. an. 1. n. 1. contr. n. 7. & 10. & per tot. contraria consuetudine abrogantur. n. 2. decl. n. 30. 31. 32. debent esse benignæ. n. 4. & an. 16. n. 5. quare publicantur? d. an. 1. n. 8. earum virtus est obligare subditos. n. 22. eas impugnare non licet subditis. n. 24. 29. decl. n. 35. 37. non acceptantes peccant. n. 29. item inobedientes. an. 2. n. 4. ad n. 20. & per tot. lex inducens præscriptionem est iusta. an 1. n. 25. multipliciter se habet. an. 2. n. 1. quomodo tollit diuinam gratiam? à n. 18. ad 22. ib. & an. 5. n. 10. quomodo cognoscitur an obliget sub veniali, vel mortali? an. 2. n. 26. & an. 14. n. . est seruanda in vtroque foro. d. an. 2. per tot. an. 4. n. 2. ad 10. declar. n. 7. an. 6. n. 35. an. 8. n. 65. 67. 68. an. 14. n. 45. nisi sit contraria iuri canonico. an. 10. n. 12. ad 22. quid si prohibet. an. 3. per tot. si actum annullat? an. 4. per tot. si requirit sollemnitatem pro forma? an. 5. per tot. annullans actum fauore publico tacitè includit pactum contrarium. an. 7. n. 6. non potest iuramento renunciari. an. 4. n. 3. addit, vel detrahit iuri naturali. an. 6. n. 34.

Lex pœnalis obligat in conscientia. an. 2. n. 25. decl. n. seq. ex iusta causa pœnas infligit. an. 3. n. 13. non debet esse crudelis in pœnis infligendis. an. 16. n. 5. potest ante declaratoriam obligare ad pœnæ satisfactionem. n. 7. ratio. n. 8. ibid. non omnia vitia punit. an. 8. n. 41. & seq. damnans corruptelam respicit fauorem publicum. an. 13. n. 4.

n.4. 8. an.14 n.6. damnat, & punit causam, & effectum. ibi.per tot. denegans repeti datum ex causa turpi, procedit etiam in conscientia. an.8. 9. 10. & per tot. opus. potest ex causa priuare subditos bonis, & inhabiles reddere ad acquirendum. an.9. per tot. an.14. n.23. & inhabilitare ad contrahendum. an.4. n. 5. 11. & 13. prohibens munera accipi à litigantibus, obligat sub mortali. an. 10. n. 12. merè pœnalis includit præceptum contrarium per modum prohibitionis, & obligat in conscientia. an. 2. n. .potest tollere naturalem obligationem mediatè, & immediatè. an. 3. n.23. & 24. si loquitur per vreba futuri temporis, pœna non incurritur ipso iure. an. 16. n. 11. eius verba præceptiua important necessitatem. an 14. n. 29.

Lex de quibus ff. de legib. explicatur. an. 1. n.18.

Lex non dubium, C. de leg. explicatur. an.3. n.15.

M

Malitia actus in quo consistat? an.6. n.6. 8.9.

Media si de se non sint mala, participant malitiam, vel bonitatem finis. an.14. n.20. & 21.

Morosus non est habens iustam causam litigandi. an.6. n.27. & 28.

Mores aliorum corrumpere maius malum est, quàm substantiam furari. an.8. n.54.

Mulier licitè opponit exceptionem S.C.Vell. nisi illi iuramento renunciauit. an.3. n.17.

Munera ex mercede meretricij erant prohibita in lege veteri, hodie est licita eleemosina. an. 8. n. 43. excæcant animum Iudicis. an.13. n.7.

N

NVllitas contrahitur etiam cessante fraude. an. 5. n. 9.

O

OBedire Principi est pactum generale societatis humanæ. an. 10. n. 18. non obediens virtualiter contemnit, & iniustitiam committit. an. 2. n. 15. & 16.
Obligatio naturalis quando resultat non obstante legis prohibitione? an. 3. n. 5. potest tolli à lege mediatè, & immediatè. n. 23. & 24. ib. non oritur ex causa turpi. an. 14. n. 6. oritur in delictis an. 15. n. 13.
Officialis tenetur ante sententiam restituere parti, quod accepit per concussionem. an. 16. n. 1. at fisco non tenetur ante sententiam pro eo, quod accepit ex corruptela. n. 2. & per tot. & an. 11. n. 1. ad 13. est incapax ad acquirendum. n. 8. & seq. an. 9 n. 3. 6. 7. 14. 15. 29. an. 10 per tot. sed an ab eo auferatur vti indigno, vel incapaci? an. 16. n. 2.
Committit crimen barattariæ statim facta conuentione, & iterum ferendo sententiam iniustam, & vtroque casu peccat. an. 14. n. 7. ad 24. damnum parti illatum tenetur reficere ante sententiam, non tamen id, quod venit nomine pœnæ. an. 14. n. 34. illicitè retinet pignus acceptum ob corruptelam. an. 12. n. 1. ratio. n. 2. ad 7.
Corruptus quibus modis dicatur? an. 11. n. 3. quomodo teneatur facere iustitiam? an. 9. n. 26. 27. 28. actum iniustitiæ vendens, quantum in se est Deum vendit. n. 6. ratio quia est inuendibilis. n. 9. 11. 16. & 29. est peior fure. n. 10. tenetur ad damna. n. 13. ibid. licitè recipit sponte da-

tum

tum causa finita. an.12. n. 10. decl. n. 11. 12. 13. licèt certus de sua integritate dona nequit accipere durante causa. an. 13. n.8. quam pœnam incurrat in crimine corruptelæ? an. 16. n.11. 15. & 16.

Negligens exigere quod fisco debetur, tenetur damnum reficere ante sententiam. an. 17. n.33. vid. verb. Iudex, pœna, crimen.

P

PActum generale societatis humanæ est obedire Principi. an. 10. n.18. pactum nudum, & contractus innominatus nequit vestiri ex adimplemento causæ iniustæ. an.8. n. 14. rei turpis non obligat, & paciscentes peccant. n. 3. 11. 13. 58. 59. & 71. ibid.

Papa quam potestatem temporalem habet in subditos alienos? an. 10. n.17.

Pater iniustè filium exhæredando peccat. an. 7. n. 4. & 10. non sic si legati titulo relinquit legitimam. n. 11. & 12.

Peccatum est non obedire legi iustæ, vel illam non acceptare. an. 1. & 2. intellige, ut an.3. 4. & seq. committitur quatenus decilnat à recta ratione. an. 17. n. 17. consistit in transgressione legis æternæ, vel humanæ. an. 1.2.3. 4. & an. 14. n.19.

Pecunia illicitè expenditur, si ultra quàm debetur. an. 12. n. 2. 3.

Pœna est ipsa inhabilitas à lege imposita, & operatur ante sententiam. an. 14. n.33. an. 11. n.9.

Pœnā in se ipsum nemo tenetur exequi. an. 15. n.9. & an. 16. n.6. & an.17. n.27. decl. n.28. alia est cōuentionalis, alia iudicialis, neutra soluitur parte, vel fisco nō petente, etiam post sententiam. an.17. n.30. respectu rei est pœna. n. 31. alia est priuatiua iuris quæsiti, alia iuris quærendi. an.16. n.3.

Pœna criminis corruptela, quæ? an.12.n.7. an.14.n.8.non minuitur ex copulatione criminum ibi. n. 18. quare fuit imposita? an. 16. n. 9. quæ est corrumpentis, & officialis? non obligat ante sententiam : intellige ut ibi. n. 11. 15. & 16.

Pœnæ non extenduntur. an.7. n.19. quãdo plures pœnæ concurrant? an.3.n. 16.

Pœna cõfiscationis alia ipso iure, alia post sententiam. an.15. n.1.2.3 & an.16. n. 11. imposita circa rem cõtrahitur absque sententia, secùs circa personam. an.14. n.37.

Pœna mortis regulariter non infligitur, nisi sequatur cũ effectu homicidium. ibid n.41.

Pœnitentia prodest in crimine corruptelæ ad vitãdas pœnas, nõ ad repetitionem dati. an.14. n.8. 34. 42. & an. 16. n. 10

Pignus non accedit contractui nullo. an.11. n. 3. repetit, qui dedit in corruptelam. ibi.n.2.

Possessionem, cui lex non resistit, nemo cogitur dimittere. an. 16. n.13. an. 17. n.1. 22. & seq. in pœnalibus nõ requisitus, neque tenetur post sentẽtiam. ibid.n. 26. decl. n. 28. vide n.30. & 31.

Possessio debet apprehẽdi ab hærede, & quãdo? an. 17. n. 5. & 18. solo animo nõ acquiritur. ibid. est duplex iuris, & facti. ibid. nõ (ccepta tempore aditionis cẽsetur cõtinuata. n. 5. depositi, & commodati debetur hæredi. n.8.ib.

Possidere quis dicitur multipliciter an. 15. n 1.7. & seq. & n.22. & 24. possidere ex cõtractu nullo, & post cõfiscationem differt. an. 17. n.27.

Possidens ex cõtractu nullo, quãdo tenetur resilire à possessione? an 6. n.17. cũ plur. seq. & an.17. n. 26.

Possessor bonæ fidei qualiter faciat fructus suos, & nihilominùs restituere teneatur? an. 6. n. 36. malæ fidei tenetur

etiam

etiam si casu res pereat. ibi. n. 49. 50. & seq.

Præceptum in omni iure est alterum non lædere. an. 10. n. 4. vno ex contrarijs in lege naturali præcepto, alterum censetur vetitum. n.6. 7. 8. ib. idem dic in lege merè pœnali. an.2. n. 27.

Præscriptio in delictis, & bonorum confiscatione quomodo procedat? an.17. n.24. 25.

Princeps absolutus vtitur authoritate antiquorum Imperatorum. an.1. n.21. tenetur seruare pacta inita cum subditis. n. 14. intellige vt ibi. potest ex iusta causa ius vni tollere, & alteri dare. n.24. Principi obedire est generale pactum humanæ societatis. an. 10. n.18.

Principis actus non requirit sollemnitates. an 5. n.4.

Principis munus est componere mores subditorum. an. 6. n. 5. peccat si omittat condere leges iustas. an.2. n.7. ratio.n.8. 9. & 10. tenetur vi directiua seruare suas leges. ib. n.12. & 13. & an. 8. n.12. dupliciter se habet, & peccat. an.2. n. 10. potest prohibere subditis nèdum actus malos, sed etiã indifferentes, eisque præcipere, quod iustum videtur. an.14. n. 43. & 45.

Principatus est de iure naturæ, vt humana societas conseruetur. an. 9. n.4. 5. 24. an.2. n.2. illius ius n. 3. & 4. ad quid institutus? n. seq. & n. 19.

Probatio requiritur ad sententiam declaratoriam. an. 14. n. 30. an. 13. n. 12. Quæ sit necessaria etiam in foro pœnitentiæ ad excludendam corruptelam? an. 13. n. 12. 13.

Promissio pro opere illicito eo impleto obligat. an. 8. n.1. contr. n.5. & per tot. facta illi, qui tenetur ex charitate obligat. n.6. secùs si ex iustitia. n.8. ob causam, nõ sequuto implemẽto nõ obligat, & solutum repetitur. an. 14. n. 1. & 6. limita in solutione ob turpem causam. n.3.6. 25. et per tot.

Rci-

R

REiuendicatio pro pignore dato conceditur corrũpenti officialem. an. 12. n. 1. non repetitio pecuniæ datæ. ibi. n. 2. ratio discriminis. n. 3. 4. 5. 6. decl. n. 8 9.

Repetitio non conceditur ei, qui dedit in corruptelam, vel causam turpem. an. 9. n. 12. an. 11. n. 8. ratio. n. 12. an. 12. n. 2. 3. 4. 5. 6. decl. n. 8. 9. vid. inf verb. restitutio, & an. 13. n. 3. decl. n. 11. etiam si non impleatur ab officiali conuentio. an. 14. per tot. competit pro indebitè soluto. a. 12. n. 15. lim. in filio fam. n. 16. rat. ibid. declar. n. 17.

Respublica cõponitur imperio, & obedientia. introd. & an. 1. n. 12. 15. aristocratica, vel democratica. n. 21. ordo, & potestas gubernantium in Roma. an. 1. n. 19. de Reip. partibus. ibi. n. 23. & in introd.

Restitutio rei acceptæ per concussionem debet fieri parti ante sententiam. an. 16. n. 1. non sic fisco in accepto per corruptelam, aut aliam causam turpem, n. 2. & per tot. ibid. nequit fieri danti in præiudiciũ fisci. an. 14. n. 28. ratio. n. 27. 36. & 37. & an. 16. n 18. restitui debet acceptum ab officiali pro iustitia administranda, secùs pro iniustitia. an. 9. n. 1. contr. n. 2. & per tot. restitutionis radices explicantur. ibi. n. 2. & seq. ad n. 9. restitutio depositi est de iure naturæ. d. an. 9. n. 25. restitutio quando non obligat? an 11. n. 5. 6. 7.

Retentio patiente domino est licita, sed inuasio in suis proprijs terminis est illicita. an 17. n 22.

Reus confiscatis bonis ipso iure, non facit fructos suos. an. 15. n. 7. non tenetur possessionem spontè dimittere. decl. n. 8 sub decl. n. 9. neque post declaratoriam. an. 17. n. 1. 2. an peccet illa alienando? n. 11 12. 15. & an. 17. n. 1. 10. 11. 12. 20. & per tot. vbi an possit de eis testari, & qualiter? n. 3. & seq. potest præscribere delictum, & bonorum confiscationem contra fiscum. an. 17. n. 24. & seq.

Scien-

S

SCientia præsumitur supposita notitia instrumēti. an.6.n.31.
Secretum difficilè seruatur. an.11.n.6.
Sententia declaratoria requirit probationem. an. 14. n. 30. retrotrahitur. ibi. & an.6.n.16. & an.16. n. 12. venalis est ipso iure nulla. an.14.n.14.16.& 38.& an.13. n.2.
Societas de iure naturæ est conseruanda. an.9. n.5. 24. est in pace tuenda. an.10.n.2.22.
Sollemnitas, quæ requiritur pro forma, omissa reddit actum nullum. non potest impleri per æquipollens, nec iuramento renunciari. an.5. n.2.3.5.6. lim.n.4.& 7.declar. n.8. non requiritur in actis gestis à Principe. an.5. n.4.
Solutio in pœnalibus non fit ante sententiam, quamuis imponatur pœna ipso iure. a.16.n.16 nec post sententiam parte, vel fisco non petente. n.17. n.30.
Scienter facta purgat vitium antecedētis turpitudinis. an.12. n.13.decl.n.14.15.
Solutum indebitè repetitur. an.12.n.15. secùs si ex causa turpi. a.9. & 10. si tamen turpitudo est ex parte vtriusque, secùs si tantùm ex parte recipientis. an.11.12.13. & 14. per tot. reliqua vide verb fiscus, verb.restitutio, verb pœna.
Subditi contra legem agentes, vel illam non acceptantes peccant. an. 1. n. 29. contrariam consuetudinem inducentes quomodo peccent? n.31. & seq. reliq. verb. actio, actus, agens. tenentur obedire superiori. an.6. n.4. 33.53. etiam tyramno. an. 2. n. 14. coguntur aliquid cedere iuris naturalis sibi competentis, vt legibus sui Principis pareant. an. 14. n.45.

T

TEstator præuidens futuram litem cum hærede, tenetur declarare onera suis bonis annexa. an.17.n.9
Testes corrumpere, vel Iudicem est illicitum. an.7.n.16.

Tri-

Tributum Principis debetur pro mercede laboris. an.2. n.9.
Tyrannus, tenentur subditi obedire. an.2.n.14.

V

VEndere nemo cogitur inuitus, nec permutare. an.15. n. 10. Vēditio rei subiectæ fideicommisso ex quibus sustineatur? an.6. n.21. 22. 23.
Vsuras exposito promittere an liceat? an.8. n.9. 10.

B

BOnorum appellatione quãdo veniãt iura? an.14. in adnot. n. 48.

D

DOnatio omnium bonorum accedente iuramento valet quò ad præsentia tantùm. an.14. in adnot. n.46. decl. n.47. censetur omnium bonorum si donatur quantitas excedēs bona inspecto tempore donationis, & mortis donãtis. n.50. & 53. etiam si fiat contemplatione matrimonij. n.51. reseruato vsufructu nõ sufficienti ad vitam, vel successiuè de sui natura defectibili, est nulla. n.54. secùs si casu deficiat. ibid.
Donatio remuneratoria si nõ cõstet aliundè de meritis, censetur simplex. n. 55. facta à muliere quãdo censeatur extorta? n.56. facta amasio non valet; acquiritur fisco, & donãs non dicit de nullitate. n.48. & 49.
Donans quãdo possit disponere de summa reseruata fauore alterius? n. 57. ibid.

FINIS.

